



Abubetri rasis filii zacharie liber incipit tra(n)s-
latus a magistro girardo cremonensi in toleto de
arabico in latinum, q(ui) ab eo almansori vocat(ur) eo q(uo)d regi
mansori ysaac filio precepto edit(us) fu(it). Verba abubetri.

In hoc meo libro regi cui nomen p(ro)roget
deus aggregabo summas et aggregationes et
flores doctrine medicinal(is) et h(ec) summa c(om)p(re)he(n)-
diose dicens quecu(m)q(ue) mea de (con)s(er)uatione sa(ni)-
tatum et curatione egritudinum et que scienti(e)
istius ea que sine intermissione su(n)t. ad q(ue) sa(pi)-
entia necessaria p(ro)uenit. et p(ro)p(ter) q(uo)d possibile acutum
habentibus ingenium et co(n)silium equipe(n)tem medicis
(con)siliis que in(ter) soleat accidere post p(ro)na(m) [illegible]
mittam ea in quibus est nimia doctrine p(er)fectio(n)is
[illegible] autem hunc aut(em) librum meum decem distinguam tractat(us).
et unicuique tractatui ipsi ponam capitula litteris
alfabeti s(ecundu)m suum quasi ordine(m) signatum ut q(uo)d q(ue)ri-
tur cito inveniri possit. Verbi aut(em) deum (con)ple-
[illegible] diuinum [illegible] ducentem et auxilium ut
et ipsi [illegible] domine [illegible] placeant eis(que) in(con)cessum ad
[illegible] possim. Intitulatio(n)es tractatuum huius lib(ri).

Capitula tractatus noni que sunt nonaginta quinque capitula.

Capitula tractatus decimi que sunt · xxxv · capitula ·

Sunt autem predicti capitula ducenta et quadraginta octo. Continetur primus de figuris membrorum et forma cuius capitula sunt .xxvi.

De collectionibus et agregationibus que necessario sunt premittende in prologo huius tractatus. Verba abubetri.

Creator omnium deus ossa condidit ut per ea corpus sustentaret et rectificaret. Et quia non unam eius partem sine alia aliquando moveri necesse fuit, non unum tamen os in toto corpore fecit sed multa, quibus diversas tribuit figuras ut ad modum quo aptum foret quod per ea fieret necesse. Cum autem necesse fuit ut quedam eorum cumque coniuncti cumque singillatim moverentur ea cum aliquibus sibi copulavit quam ex una unius ossis extremitate procedunt et cum alteri extremitate ossis coniungunt. Hoc autem sibi ligamentum vocatur quod est corpus album durum non habens sensum. Iuncturis et ossium extremitatibus additamentum rotundum fecit. In alterius autem ossis extremitate concavitatem predicto additamento capacem condidit ut in ea colligeretur et ex huiusmodi dispositione ossium provenerunt iuncture ex quibus apta fuerunt membra moveri quandoque simul quandoque separatim. Ossium enim ligamenta non prohibuerunt quin membra insimul ac si unum tantum esset membrum moverentur. Nam cum totam manum movere voluimus cum cum iunctura humeri ac si una tantum esset os motu uno movebimus. Ita quod in eo acon iuncturam cubiti non prohibebimus nec rascete nec digitorum. Unam autem ipsius partem si absque alia aliquam movere voluerimus cum iunctura illius partis propria illud faciemus. Obliquos duos motionis modos animal habet particularem videlicet et universalem secundum unumquodque quorum prout ei esset necessarium moveretur.

Sed quia ossa ex sua essentia non moventur sed per motorem et ad modum patientium continue fuerunt eis apponende sensus et motus et ipsarum origine scilicet cerebro continuitates quedam que sunt nervi. Nervi vero isti non possunt ut simplices sed ossibus coniunguntur sed prius cum carne et ligamentis miscentur. Nervus enim si per se grossior membro coniungeretur vel nullo modo vel debiliter ipsum moveret. Quia autem debite tumes aliquando adiuncta membra proveniat quod per ipsum moveri debeat dividitur et subtiles et minimi in partes carnis et ligamenti. In ipsis divisionibus contexuntur et ex extorquo proveniunt musculi vocantur. Et est huius corporis magnitudo secundum mensuram membri quod per ipsum moveri debet.

Sensus est passio ideoque nervi mollis sunt et neci. Motor vero actio est quia sunt duri et necessarium fuit ut membra quedam majora sint. Nervus dirigit multiplicem ut si fit impossibile esse sensibiles esse. Ideoque membra nervos sensibiles habent per se et motivos per se. Exemplum quia sensus longiores non motum nervos habent tamen sensibiles. Propria autem membra quorum sensus non magis subtilis est consequenter habent nervos sensibiles et motivos.

Et sit ei est in parte versus quam motor ipsi membri fuit. Postea vero extima ducat musculi extremitatum quod scilicet est versus partem membri quod movet. Quorum nascitur sibi quod corda vocatur. Ipsa est corpus compositum ex nervo quando adiunctus coniungitur et ligamento quod ex osse ortum fuit quod est

glosa [illegible]

[illegible] solitarie

sequuntur accidentia que [illegible] illa pro [illegible] cerebri enim [illegible] quousque [illegible] extremitatem [illegible] proprium debet moveri. [illegible] dispositione oriuntur extremitates quia [illegible] nervus parte sine [illegible] [illegible] cum sua [illegible]. Est enim [illegible] extremitatem eius [illegible].

¶ Cerebrum quidem fecit deus ut sensuum origo esset et motus voluntarii, et ab eo produxit nervos qui [illegible] continuant. [illegible] sensuum et motionum [illegible] nos non [illegible] nisi oriantur nervi cum [illegible] anathomia. Et quia partes corporis inferiores que a cerebro valde remote sunt sensu et motu indigent, motum autem et sensum [illegible] non possunt, nervi quoque si a cerebro tantum procederent ex longitudine vel [illegible] debilitarentur, [illegible] corporis protensio nec firma fieret nec fortis [illegible] propter quod [illegible] providit quod nucha [illegible] quia nobilis erat ad ipsius custodiam [illegible] spondiles et silentiam ossa fecit. Quemadmodum [illegible] custodiam continet ossa. [illegible] secundum quod longitudine [illegible] ex qua [illegible] cum talis membri [illegible] nervos produxit que [illegible] excellentes ipsis membris continuant sensum et motum. Cerebrum quidem si [illegible] accidentis [illegible] sensus auferret et motus. Nucha non si accidit membris que [illegible] ab illa [illegible] nuche procedentes [illegible] et que sub eis sunt motum auferret et sensus. Cerebrum enim [illegible] sensus et motus voluntarii. Nucha non sic [illegible] manans [illegible] [illegible] circuli [illegible] exeuntes [illegible] aliquid accidit [illegible] eveniet [illegible] ad quem [illegible] nuncius [illegible] mediante [illegible] sic inquisitis [illegible] lapsus [illegible] cerebri una [illegible] lesione [illegible] auricularis [illegible] movebant [illegible] exempla et alia [illegible] nullum [illegible] [illegible] nervus [illegible] supposuit [illegible] nervi quod

quod [illegible] cerebri [illegible]

in principio sui exit a cerebro vel nucha mollesunt [illegible] sunt, et ipsi cerebro vel nuche similes. Cum autem magis [illegible] incipiunt [illegible] donec perfectam nervorum formam susceperit. Iuvamentum [illegible] nervorum summa est quod ipsi sunt instrumenta et vie per que sensus et motus [illegible] tribuunt membris et transfundunt. Unde si ex incisio [illegible] au[t] sensus aut motus membris [illegible] destruitur a[d] quod ipsi [illegible] nucha vel si [illegible] [illegible] sensus et motus omnium membrorum quibus nervi [illegible] procedit a sub illa sunt [illegible] auferentur. [illegible] quamvis [illegible] licet ipsa [illegible] non multum [illegible] impediet. Cum [illegible] lesio [illegible] si accidit si magnam fecerit lesionem [illegible] at si evenit a cerebro [illegible] destruet secundum [illegible] qua lesio [illegible] et per [illegible] nervus ad quam [illegible] pervenerunt.

¶ Cerebrum autem [illegible] ipsum est origo sensus et motus voluntarii. Est et secundum Galienum sedes ymaginationis cogitationis et memorie [illegible]. Ymaginatio quidem in anteriori [illegible] cogitatio vero in medio [illegible] memoria autem posteriori [illegible] ventriculum. ¶ [illegible] [illegible] [illegible] calefieret per arterias que ab ipso [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

¶ [illegible] communis est medicorum [illegible] virtutem que vocatur sensus communis qua discernimus perceptibile ab uno sensu cum alio. Ut illud est dicimus corpus citrinum quod est mel est dulce. [illegible] color nigrum quod est aloes est amarum. Lingua est discernit sapores [illegible] cum [illegible] [illegible] bonum habet [illegible]. [illegible] oculus percipit quod autem lingua percipi debet. Hoc autem impossibile esset nisi omnes isti sensus in una cellula locarentur. Virtutem [illegible] formativam [illegible] que formam rerum sensu perceptarum [illegible] memoriam retinet. Virtus autem ymaginativa [illegible] qua [illegible] [illegible] fecerunt [illegible] sensu perceptis [illegible] [illegible] [illegible] sunt [illegible] componit et resolvit [illegible] possibilia et impossibilia [illegible] in homine ut cogitativa [illegible] a platone et socrate [illegible] [illegible] universale et colligit [illegible] [illegible] [illegible] virtutem [illegible] estimativam [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]. Ut autem memorialis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] materia.

uentre consueuerunt. congelatur et moritur. Sensus siquidem tur prius deinde destruitur et postremo qui mortuum reddit. Cum musculi etiam et nerui nec non ipsum cerebrum ut in sua conseruentur natura et ut suas perficiant actiones quoniam innati caloris indigent instinctu. Quapropter arterie eis transmisse sunt. Et quia animal supra uegetabilia habet primum iuuamentum quod a corde oritur. Secundum autem a cerebro recipit. et similiter propter quod est perfectio et augmentum totius auctoris intentio et uoluntatis prima fuit. Corpus non ab epate suscipit iuuamentum. Et enim cum uegetabilibus commune. non est recipit ab epate nutrimentum et incrementum. Sed quia cordi ut in sua conseruaretur natura aeris attractio et fumositatis necessaria fuit et aeris in suis concauitatibus nimis calefacti expulsio. facta sunt ei aeris attrahendi instrumenta. pectus uidelicet et pulmo. et ipsa et cor continentes et foramina posita sunt per que aer attrahi et transmitti possit. quemadmodum cum de hiis membris disputabimus dicturi sumus. ¶ Epar autem ad sanguinis originem atque ipsius generationem factum est et uene ab ipso manantes ad omnia membra diriguntur ad ipsorum humectationem et sanguinis diuisionem. prout cuique necessarium est. Quapropter nutrimentum et corporis conseruatio quod sicut fuerunt remanent prouenit. et corporis itemque augmentum fit quod crescunt. nulla enim remanent ut fuerunt nisi ex quibus nichil dissoluitur. sicut est diuisio in lapidibus et ut in adamante auro et uitro. uel quia quod dissolutum est inde restituitur. sicut aqua maris que licet cotidie magnam patiatur dissolutionem tamen ab introitu fluminum singulis diebus restitutionem suscipit. unde semper eadem fere forma remanet bene custodita tanta quanta fuerit. Corpora igitur animalium quia ex eis que dissoluuntur composita sunt. non fuit possibile ut augmentarentur uel in suo statu permanere possent absque nutrimenti beneficio. Sed quia nutrimenta cum dissolutis non sunt speciei unius. in hiis corpore addere oportuit quod ipsa in dissolutorum similitudinem permutaret. Nutrimenta uero quia non totaliter conuertuntur si quidem eorum pars conuertitur et assimilatur. pars autem alia remanet quasi humor superfluus non suscipiens diuisionem in assimilationem eorum que dissoluta sunt quod si in corpore remaneret. grauium egritudinum materias generaret. oportuit fieri ei expulsionis instrumenta apta et canales. et quia nutrimenta omnis operando membris perficiatur loquimus. tria superfluitatum sunt genera. Una quidem est prime digestionis superfluitas. que scilicet in stomacho fit et intestinis et uocatur stercus siue egestio. Alia uero secunde digestionis est superfluitas que in epate procreatur quando sanguis generatur. et ipsa quidem est colera rubea et nigra et urina. Habet tamen aliqua

¶ Expositis quod nichil dicitur resol[uitur] in quia puritate sui sensibile non est.

ue separata et ab hac quibus suscipiuntur receptacula habent. sicut fel colere [illegible] nigre splen et urine renes et uesica. Uerum hec ut diximus manifestiora [illegible] superfluitatibus secundum legem. Digestionis uero [illegible] superfluitas que in [illegible] sit membris cum [illegible] delegatur est sudor [illegible] et ex superfluitatibus autem [illegible] ut muscillagines [illegible] similia. Preterea [illegible] in corpore [illegible] consistunt. [illegible] principalium [illegible] ualde sunt necessaria. quemadmodum nutrimentum [illegible] ut [illegible] et cor canales et uene [illegible] ad ipsum perueniunt ut [illegible] et reliqua [illegible] ut [illegible] na et instrumentum caloris [illegible] et conseruatoris ipsi quod prima sunt cor et arterie [illegible] uero pulmo et pectus et quecunque alia ualent ad [illegible] attractionem quemadmodum in suo loco dicturi sumus. Alia uero cerebri instrumenta sensus et motus et intellectualium actionum que sunt cerebrum et nucha et [illegible] et musculi et corde et que sunt similia hiis necessaria [illegible] entia ad complendam actionem et passionem [illegible] autem inter istorum instrumentorum unum est principale [illegible] alia ut fundamenta et in ipsis actionibus [illegible]. Instrumentorum uero nutricationis principale est epar. et innati caloris instrumentorum principale est cor. et instrumentorum sensus et motus et intellectualium actionum principale est cerebrum. Unumquodque autem istorum aliis duobus necessarium est et eis indiget. Epar enim nisi cordi et aliis membris nutrimentum transmitteret. dissoluerentur ipsorum quia non a corde calorem haberet. et non conseruaret substantiam suam compleret actio. Cerebrum etiam si non ab arteriis calefieret nec a uenis que ab epate procedunt nutriretur. ei non conseruaret naturam [illegible] aptum est perficere actiones. Musculi quoque pectoris nisi a cerebro mouerentur. aeris attractio foret impossibilis. nec cordis conseruaretur substantia quando calor innatus qui in corpore euentat.

¶ Quartum uero membrorum principale est instrumentum generationis. que sunt matrix [illegible] et testiculi et uasa spermatis. Hec autem instrumenta non sunt necessaria ut unumquodque poterit singularitate [illegible] speciei permaneat et conseruetur. Cum enim deus quod sit diuideret corpora hominum ex eo quibus fierent dissolubilibus. non durabilibus. ne stabilibus [illegible] non fuit [illegible] possibile ut unum singulare semper permaneret [illegible] generationis instrumenta. per que saltim speciei duratio [illegible] ut [illegible] que premisimus.

¶ Duos [illegible] res in conseruationis speciei [illegible]. Quorum unum est compositio mulieris. alterum uero amor [illegible] omne animal quod [illegible] alia nutriri debet [illegible] habere filios.

sunt e sunt [illegible] [illegible] ... [illegible]
et ipsorum unamquamque [illegible] ... clare dicemus
et secundum plures divisiones [illegible] summam tamen colligentes
dimittemus. huius enim [illegible] intentio non fuit.
Postrema omnia [illegible] **Capitulum de forma**
Craneum naturaliter [illegible] non ex toto tamen **ossium.**
rotundum est in quo [illegible] sunt foramina per que
multi egrediuntur [illegible] et veniunt [illegible].

Ipsum quoque anterius
in parte scilicet frontis et posterius
cuius in occipitio eminens est. In utraque vero
aurium parte est planum. Continuum autem non est
quia in ipso sunt multe
illud quod est in occipitio
per quod nucha egreditur.
Ipsum preterea ex multis
compositum est ossibus quorum
unum alii continuatur.
Locus vero ubi coniunguntur
serratura quamvis similis
appellatur. Craneo autem
superior continuatur mandibula in qua maxillares dentes eminent
superiores. Que est ex multis composita ossibus. Quorum unum alii adserit similitudinem continuatur. Post hanc autem
mandibula est inferior in qua inferiores existunt dentes,
cum quibus ossa non ad serre similitudinem
ut predicta sed solum continuantur iuncture.
Inferior namque mandibula movetur,
superior continuatur
mandibule. Illorum
qui plures [illegible] vocantur. Hi dentibus excepis. Ex duobus componitur ossibus que ad serre similitudinem in medio [illegible] continuatur. Est preterea sub craneo in parte posteriore quoddam magnum os quod
inter ipsum craneum et superiorem mandibulam positum est.
a quo diminutio quia mollius [illegible] figuris oplet.

Capud quidem ex multis est compaginatum ossibus ut ad multa valeret, quorum unum equaliter una illis possit sufficere. Si in aliquo eorum esset lesio. Aliud vero quod oportuit ut ossa iuxta que aures esse debuerunt, nullum esset durum eo quod percussionibus apta essent. Et ut os quod supponitur nuche durum esset ut ipsum custodiret quod totum corpus valde sunt necessarium. Et ut duo ossa que sunt in summo vertice essent mollia quia non adeo percussionibus sunt apta. Et ut ossa frontis inter predicta ossa mediocria forent. Que licet percussionibus sint apta oculorum tamen
visitatio qui ibi sunt munitur. Aliquibus autem iuvamen est. Preterea et ut os quod vocatur alguatid [illegible] ibi alius durum esset. Ad ipsum est omnis descendunt superfluitates et propter quod sunt ut tot divisa cum unum os aptum foret. Preterea necesse fuit ut inter unum os et aliud exirent vapores sive fumi ut exirent ab eo nervi et ingrederentur ipsum vene et ovenientie fierent ut inter os et os [illegible] que ut ipsum os perforarent.

paxillus
quod alguatid vocatur. Omnia ergo cranei ossa cum
mandibula fuerint. viginti et tria erunt. exceptis dentibus.
Quorum sex [illegible] ipsi craneo preparata sunt et viginti que vocantur alguatid. Super quod sex predicta sunt ossa et mandibule superioris quatuordecim et inferioris duo. In una
quoque autem mandibula sunt dentes sedecim. quorum duo sunt duales et duo quadrupli utrimque sequuntur. quadrupli nominantur.
post quos utrimque sunt duo qui vocantur canini. post quos sunt quinque molares dextri et quinque sinistri. quinque tamen de molaribus minuunt unum et non sunt nisi quatuor. Molarium autem superiorum quidam tres habent radices quidam quatuor. Inferiorum vero molares tres duas tamen habent radices. Alii vero dentes una tantum radice sunt contenti. Sunt itaque
omnia capitis ossa quinquaginta quinque. Sub capite autem iuxta magnum foramen per quod nucha egreditur. prima ex spondilibus colli continuatur. que quidem sunt septem. Hec autem ad duas
partes sunt perforate per quarum foramina nervi progrediuntur. qui ad dextrum et sinistrum diriguntur
latus. Post has autem dorsi spondiles sunt que
decem et septem numero sunt.
Quarum duodecim spondiles pectoris dicuntur
eo quod inde [illegible] inferior pectoris terminus finiatur. Reliqui
vero que secuntur sunt spondiles alcatim. Est
ergo omnis spondiles que ab exitu nuche usque ad
os alaiun existunt. xxiiii. Reliqui tamen ad
ditur unam vel minuunt quod pravum est. Ex hiis vero
loco os alaiun spondilibus continuatur. Aliud ex tribus

Sunt ossis cum alio continuatio quatuor fit modis. Una est que solum fit iuncturis ut manus ad brachium continuitas. Alia vero est que fit fixionibus ut dentium continuitas ad mandibulas. Tertia vero in
cunctatis tamen modo est continuitas. ut ossium que sunt in costis cum ossibus continuatio pectoris et continuatio unius ossis pectoris cum alio.
Alia vero est que ad serre similitudinem fit. secundum quam omnia capitis ossa continuantur. que est sicut quando unius serre dentes in alterius complerantur dentes.

Superiores quidem pendent plurimis [illegible] gerentem [illegible].

Ossa capitis preter viii. sunt. Preterea similiter duo ossa paris unius que a minori lacrima usque ad aures protenduntur et sunt duo ossa ab utraque parte quorum utrumque suo pari ad serre similitudinem continuantur ex transverso. Quod Galienus in libro suo quem fecit de iuvamentis ostendit.

i. substantia

i. renum

i. finis.

et os spondilis [illegible]

Alaiun enim est ne[illegible]ula que ad finem tendit et ideo hoc os vocatur sic quod ad finem tendit.

[illegible] dentes

et [illegible] spondilibus

7 · s · caude

4 · s · cauda

componitur partibus que sunt spondilibus similes. Cuius differentia ab alhosos continuatur. Quod ex eis similiter compositum est partibus. Harum autem tria que sunt inferiora et alhosos quod est cartillago ossuosa. Ab unaquaque autem duarum posteriorum spondilium iunctarum unaquaque duarum partium egreditur nervus qui ad illam corporis partem procedit et in ipsa dividitur. Ab extremitate vero alhosos unum tantum progreditur nervus quem illud dividit locus. Duo vero ance ossa quorum unum est in uno latere, alterum in alio. Ossi quod est alhaius continuantur, unum scilicet ab una parte et alterum ab alia, in quibus sunt ance pixides quas ossium capita que sunt in coxis ingrediuntur, que et ipsarum vocantur vertebra.

y vertebris

Iste autem sunt forme ossium et spondilium que sunt in posterioribus a dorsi micha usque ad alhohos.

· s · caude

Summe vero aliorum ossium formas que sunt sub collo nominare incipiemus. De quibus sunt duarum furcularum ossa et ossa spatularum et pectoris ossa et ossa manuum et os femoris et pedum ossa. Furcule vero os extrinsecus gibbosum est et intrinsecus concavum, cuius unum duorum capitum humero continuatur et capiti ossis quod adiutorium vocatur. Alia autem extremitas summitati pectoris continuatur ubi est pixis gule. Spatula vero a parte qua dorso supponitur lata est, cum qua capiti cartillaginoso continuatur. A parte vero qua furcule appropinquat est rotunda, in qua est pixis quam caput ossis quod nominatur adiutorium ingreditur.

Duo ossa que in rostro coracino assiliant nominantur razis que inter spatulas et furculas collocantur, unum scilicet ex una parte et alterum ex altera.

· elevitate

Pectoris autem ossa sunt torax qui ex septem componitur ossibus, in quorum capite est cartillago. Quorum principium est a pixide gule, finis vero est inferius parum sub mamillis. Gloe est angustior omnibus locis que sunt in pectore que cum palpantur mollia inveniuntur ossa non habentia. Coste vero in numero latere sunt xii que curve sunt. Quarum omnium longior est media. Quarum septem unaquaque duarum extremitatum quarum una scilicet est posterior dorsi spondilibus continuatur. Alia anterior est cum ex ossibus que in torace sunt cum capite cartillaginoso continuatur. Ex his quinque curtantur ita quod toraci non continuantur, quarum extremitates cum premuntur intus flecti reperiuntur, que posteriores nominantur coste. Quod vero sub torace de ventre existit totum molle est usque ad femoris ossa. Sunt autem

24 X costis

manuum et pedum ossa notabimus. Manus quidem os illud primum est quod adiutorium vocatur. Quod est os unum exterius gibbosum, interius concavum, cuius caput spatule pixidem ingreditur, prout diximus, que iam premonstrata est. Hec est una suarum extremitatum. Altera vero extremitas in cubito est in quo est tortula instrumento annexa atque simul quam superioris focilis ingreditur extremitas. Duorum vero focilium longitudo est a cubito usque ad mischetam. Quorum unum quod est minus superius vocatur focile, aliud vero quod est maius inferius vocatur. Quorum unumquodque in suis summitatibus que a parte mischete sunt additamentum quoddam habet per quod fit iunctura que existit inter mischetam et ipsa. Rasceta autem ex octo componitur ossibus quorum quattuor in duobus ordinibus disposita, alia quattuor eodem ordine disposita in longitudine coniunguntur, que cum inter dura sint medulla carent. Quorum figura est cava ex qua rasceta figuram aptam percipit. Post rascetam vero est pecten qui ex quattuor componitur ossibus que ossibus rascete quibusdam ligamentis valde firmis continuantur. Pectinis vero ossibus digitorum continuantur ossa que in numero quindecim sunt. Quorum cuiusque digiti tria. Est unum alii iuncturis confirmatis ligamentis continuatur. Omnia quoque manus ossa sunt xxx, os scilicet quod adiutorium nominatur et ossa duo que focilia vocantur, rascete quoque ossa que sunt octo et ossa pectinis que sunt quattuor et quindecim ossa

Manum vocat quod est ab humero usque ad extremitatem digitorum, pedem similiter quod est ab ancha usque ad extremitatem digitorum.

· sinistram

Utraque ossa que adiutoria vocantur ideo concava fuerunt ut aliquid magnum eis amplecti posset et item ideo quia multum simul totis ossibus medulla adhereret qua nutriretur et securiores sunt a fragura.

dubitatur

Huius coniunctionis figura valde est mirabilis. Extremitas enim adiutorii instrumento annexa atque simul habet sub similitudine predicti instrumenti concavitatem et super focile brachii habet summitatem semicirculo similem. Quod super predictum instrumentum comprehendit. Huius autem semicirculi summitate est rostrum quod concavitatem que sub predicto existit instrumento ingreditur cum brachium fuerit extensum et in predicta concavitate figitur. Ideo fit ne brachium in illius partem ulterius inclinetur cum aliquid elevaverit ponderosum.

digitorum quinque. Manus autem pollicis primum superius focilis extremitati continuatur. Ideo iuncture cum [illegible] laxe. Quod ideo factum est quia magis longiorem motum ut reliquis quatuor digitis coniungi posset. Ossium vero pedis primum est coxe, quod est unius extremitatis gibbosum, rotundum, latum, cuius superior extremitas est rotunda, que coxe vocatur vertebrum. Et quod anche pixide ingreditur a quibus prima iunctura fit pedis. Cuius vero inferior extremitas pixidem maioris duorum focilium cavitatis ingreditur. Duorum vero focilium canna a genu usque ad calcaneum protenditur. Illud autem ex his duobus maius est inferius vocatur focile, quod et altero longius est. Minor vero focile vocatur et superius. Horum autem duorum focilium summitates calcaneo continuantur a quibus tertia pedis oritur iunctura. Iuncture autem que in genu est supponitur os rotundum cartillaginosum super quod genu nominatur oculus, et a quibusdam vocatur est mola. Calcaneo vero in medietatibus os quod vocatur navicula coniungitur. Inferius autem cuboidi coniungitur ossi, quod a quibusdam vocatur. Quibus pedis rasceta que ex [illegible] composita ossibus continuatur. Ex quibus quinque ad modo quia hic est necessarium aptam perficit formam. Rascete pedis continuatur pecten qui ex quinque compositus ossibus, quibus digitorum continuantur ossa que in unoquoque sunt tria excepto magno digito in quo tantum duo sunt ossa. Omnia igitur pedis ossa viginti novem sunt: anche scilicet unius extremitatis duo, et os calcanei et os quod vocatur ab aliis, et os naviculare, et ossa tria ex quibus pedis componitur inserta, et alia quinque ex quibus pedis componitur pecten. Digitorum quoque ossa quatuordecim et os genu. Et cum omnia corporis ossa numerata fuerint preter Galenus numeravit ducenta et quadraginta octo erunt, excepto osse quod est in [illegible] que laude greci littere ossibus nuncupant cuius est figura Λ. Os quoque quod est in corde quod a quibusdam cartilaginis cartilago dicitur et ossa parva a quibusdam vocata intercessa que sunt in iuncturis replent et vocantur sisamales excipiuntur.

Hoc autem inditum est quot quatuor sunt ex quibus componitur.

Si enim esset ut hic numeratur non essent nisi ducenta qua[dra]ginta [illegible] cum sint quatuor ossium partes et duorum rostro cornino similium que secundum Galenum numeratio est. [illegible] gia ossa sunt in medio capitis lviii. Spondilium ossa cum his que supponuntur renibus et cum xxx ossibus que coste dicuntur et toracis xxxi. Manuum vero ossa que sunt ab humero usque ad ipsorum extremitatem lx. Pluriorum ossa et femoris duo. Pedum ossa que sunt ab ancha usque ad ipsorum extremitatem lviii. Coxarum enim ossa sunt duo. Crurium vero iiii. Genuum duo. Calcaneorum duo, et que vocantur ab aliis duo. Navicularum duo. Rascetarum octo. Ossa quoque grandini similia duo. Pectinum x. Digitorum vero xxviii. Et sic ducenta sunt et quadraginta octo.

Capitulum de musculis.

Musculi qui in toto reperiuntur corpore cum secundum Galenum numerati fuerint et divisi quingenti et viginti novem inveniuntur. De quibus propter nimiam operis tractatum loquimur. Musculum itaque ex nervo et ligamento compositum. Ipsi quoque voluntariorum motuum sunt instrumenta. Quorum figure secundum suorum diversitatem locorum propter eis necesse est diversificari. Plures autem ex eis intra carnem sunt involuti, protenduntur usque ad suas inferiores pervenerint extremitates. Ex quorum extremitatibus corda exoritur corpus quod corda vocatur. Que quousque illi membro quod propria moveri debet inferiori coniungitur extremitati porrigitur. Cum ergo ipse vero per illam movet sic colligitur et ad suum medias partem retrahit. Unde totum membrum ad illam retrahit partem ad quam colligitur musculus. Si autem membrum quod movetur magnum sit, musculus quoque ipsum movens magnus erit et crassus, a quo aut una aut plures oriuntur corde que in membro quod debet moveri continuantur. Plerumque et in unius membri motum multi musculi sibi invicem auxilium prebent. Musculus autem qui parvum membrum movet parvus est et subtilis. Musculus namque qui est in corde et totum movet cerebrum valde est magnus. Musculi vero superiores moventes palpebras multum parvi sunt et subtiles a quibus corde non oriuntur. Omne ergo membrum quod voluntario movetur motu musculum habet quo movetur. Et si ad partes movetur contrarias sibi contrarios musculos habet, ab utroque quorum ad suam trahitur partem quando talis movetur. Musculus vero ei contrarius a sua tunc quiescit actione. Cum autem quisque musculus in situ suo positus suam simul perfecerit actionem, membrum tunc erectum erit in neutram duarum declinans partem. Verbi gratia manus est a musculo qui est in domestica parte brachii trahitur interius curvatur. Cum vero a musculo qui positus in silvestri brachii parte trahitur exterius flectitur. Cum vero ab utroque simul trahitur equaliter inter illos duos manebit et erecta. Motus autem voluntarii qui in corpore fiunt hi sunt: motus scilicet qui est in cute frontis et oculorum motus et motus maxillarum et summitatis narium motus et labiorum et lingue et

·i·aseid

et epiglotis motus. et motus mandibule inferioris.
et capitis motus. et colli. et motus humeri. et
iuncture spatule. et adiutorii motus. et motus
iuncture que fit ex summitate adiutorii et brachii.
et motus iuncture focilium et rasete. et motus digi
torum et uniuscuiusque suarum iuncturarum. et motus membrorum
que sunt in gutture. et motus pectoris qui fit in attractio
ne aeris. et iunge motus. et motus vesice quando preti
nenda urina clauditur. et summitatis recti intes
tini motus qui fit ut stercus exire prohibeatur. et
motus virge ventris. et motus iuncture que fit
ab ancha et coxa. et motus genu. et motus iuncture
pedis cum crure. et motus digitorum pedis. Quorum
unusquisque musculos habet figuris contractioni et
extensioni aptas habentes quibus motus perficiuntur
sunt predicti. Quos omnes si numerare et distin
guere inceperimus augmentabitur liber et prolixior
ad id ex quo non magna proveniet utilitas. Non
est ergo possibile ut musculorum forma ita aliorum membro-
rum infigatur sermonibus quemadmodum in ossibus et
nervis et venis et arteriis. In hiis enim frequens
necessarius est visus testificatio et studium multum.
Quoque musculorum qui in membris sunt numerum tantummodo
comprehendimus. Dicimus itaque quod in summa sunt mus
culi quadraginta quinque. ex quibus ad oculorum et ip
sarum palpebrarum motus sunt viginti quatuor.
Ad mandibule vero motum duodecim. et faciei par
tibus que volumus movent novem. quorum unus est
sub extremitate cutis frontis. cuius auxilio fit
ut magna fiat oculi apertio. et alii duo a quibus
narium movetur extremitas. et alii duo qui superius
labium movent sursum. et alii duo qui labium in
ferius deorsum movent. Post hos vero sunt duo
musculi qui movent maxillas. Musculi vero
a quibus caput movetur et collum sunt xxiii. Ex
quibus solum modo caput movet ad partem unam
est musculus. alii vero cum capite movent collum.
et sunt alii qui ipsum movent sursum. et quidam eorum
movent ipsum anterius. quidam vero posterius. et alii dex
trorsum. et alii sinistrorsum. Linguam vero moventes
novem sunt. Qui autem gulam et epiglotum movent
sunt triginta duo. In cuiusque autem spatule motio
ne in omni latere sunt septem qui omnes ipsi perficiunt
motus. Ab unaquaque in parte sunt quindecim qui
adiutorium movent. adiutorio quoque ab una
quaque parte supponuntur quatuor. quorum duo qui sunt intrinsecus
brachium trahunt intrinsecus. et duo qui extrinsecus sunt per
ipsum extendunt. Sunt in unoquoque brachio
decem et septem. quorum decem in parte silvestri. et septem in parte
locantur domestica. a quibus manus intus et extra et ad partem

·i·muscul'

·sine guttur

pollicis et ad partem auricularis movetur. et omnibus
digitis et extendunt. In unaquaque vero manu ab una
quaque parte sunt triginta octo. a quibus digiti minus
pollice vel digitus auricularis movetur. Ad pecto
ris vero motionem centum et septem musculi sunt consti
tuti. quorum quidam dilatant. alii ipsum constringunt.
Qui vero omnes eorum perficiunt motus quadraginta oc
to sunt. et sunt alii octo qui superveniunt ab inferiore
parte tenerifiles loci. usque ad femur protenduntur. qui
in longitudine quidam. quidam autem in latitudine. quidam vero in
obliquum extendunt. a quibus omnis ventris motus quod
constringendo fiunt vel opprimendo perficiunt. horum in
auxilio alii fiunt motus. In masculorum quoque
testiculis quatuor inveniuntur musculi. preter quos sunt alii
quatuor moventes virgam. Est et unus qui ve
sice collum constringit ne involuntarie urina egre
diatur. In elongatione similiter sunt quatuor qui ipsi
orificium tenent ne stercus involuntarie exeat.
Coxis et sunt viginti sex a quibus coxe movetur.
quorum sit est superior coxis. Coxis vero viginti sup
ponuntur qui crura movent. ad pedis autem mo
tionem et quorundam suorum digitorum supponuntur sunt
cruribus viginti octo. ut reliqui autem pedis di
giti moveantur. supponentur viginti duo sibi locati.

·triusisu·

Capitulum de nervis.

Nervorum ortus aut
a cerebro est aut a nucha. Nucha autem a posteriori
cerebri parte egreditur. quod pluries involuit cerebrum. quod
cum de cerebro tractabimus anathomia nominabimus.
spondilibus quoque colligitur usque quo pervenit ad os quod
ut diximus alhosos vocatur. Ab hac autem nucha
per unamquamque duarum spondilium
iunguntur unum nervorum par ex
orit. quorum unus dextrorsum alter
sinistrorsum tendit. et talis ordo fit
quousque ad finem alhosos. a quo ner
vus par carens egreditur. quod ob
id impar dicitur. nervi similiter
a cerebro egredientes pares in
veniuntur. quorum unus dextrorsum
alius et dictum est sinistrorsum
dirigitur. Primum vero horum septem parium nervorum qui a ce
rebro procedunt. duos habent nervos qui in anteriori cerebri
parte exoriuntur et oculis videndi sensum visus eis
tribuunt. Quorum unusquisque
concavus est qui cum a cerebro orti
aliquantulum ab eo elongantur si
eius coniunguntur et exinde quod
concavitatibus una provenit con
cavitas. antequam quam egrediuntur
ex cranio separantur. Quorum unusquisque a cranio

paria nervorum xxxviii sunt et unum impar. quorum vii a cerebro oriuntur. xxx vero et unum par a nucha et unum impar oriuntur.

·i·cauda·

·pucit·

·i·ossis cauda

Concavum vero fuerit quod per eos transitum fit si visibile est.

[margin: .i. in loco ... post locum ... primum ... par ... in superioribus ...]

[margin: ... intelligendum est ut ipse dicit]

exiens ex oculo in parte sua existenti coniungitur. Par autem secundum post primum oritur par, quod per foramina que in sinu oculi sunt exit ac in eo et per oculorum musculos spargitur dans eis suos motus. Tertium siquidem par post secundi paris ortum exoritur ubi primus cerebri ventriculus ad secundum pervenit ventriculum. Hos autem ventriculos postea dicemus. Quartum quoque par, quod est post ipsum, admiscetur, a quo postea separatum in quatuor dividitur partes. Quarum una advenientem sub diafragmate descendit. Aliarum vero quedam per cutem faciei et auris et narium spargitur. Quintum autem par, quod sequitur, hoc par dividitur(?) nominatur. Par quoque quintum post tertium exoritur par et per palatum spargitur dans sensum sibi proprium. Quintum vero par est cuius per unam partem audiendi fit sensus, et per aliam moventur musculi qui faciem movent. Par quoque sextum est cuius una pars gutturi transmittitur et lingue, alia vero musculis qui in spatulis sunt et in membris que sunt circa ipsas coniungitur. Alia vero eius pars per collum descendit, que a se multos emittit ramos. Quorum quidam ad musculos qui sunt in epiglotto vadunt, qui cum ad pectus venerint dividuntur iterum. Quorum partes quedam sursum revertuntur quousque musculis qui sunt in epiglotto coniungantur. Alie vero partes per cordis cistulam spargunt et per pulmonem et meri et per loca his vicina. Quod vero ex hoc pari reliquum est, quod est et ei maior pars, quousque pervenerit diafragma pertendit, et eius maior pars ori continuatur stomachi. Alia vero eius pars panniculo epatis et spleni coniungitur et aliis visceribus. Ut et ceteris partibus quedam ei continuantur. Septimum autem par a posteriori parte cerebri atque oritur nucha generatur, quod per linguam et epiglotum dividitur musculos. A nucha vero triginta unum paria nervorum exoriuntur et unus nervus qui caret pari. Quorum septem a colli spondilibus oriuntur, duodecim vero paria a dorsi spondilibus usque ubi dorso opponitur pectus exoriuntur. Quinque vero paria que sunt post ista ex spondilibus [illegible] qui est inferior dorsi locus. Ab istorum costarum spondilibus nascuntur. Ab osse autem alhauius(?) tria alia oriuntur. Postque alia tria ab osse alahosos exortum recipiunt. Alhosos vero sub imitate nervus pari carens exoritur ex medio eius. Primum autem istorum parium nuche procedentium a prime spondilis colli foramine exoritur, quod capitis ascendens per ipsum spargitur musculos. Par autem secundum a foramine quod inter primam et secundam reperitur spondilem exortum, cuti continuatur capitis, dans ei tactum. Musculis quoque colli coniungitur et maxillarum dans ei motum. Et par tertium a foramine quod est inter secundam spondilem et

[margin: .a. renum]

[margin: .a. sab]

tertiam exortum in duas dividitur partes. Quarum una musculis qui movent maxillas transmittitur, alia vero per musculos dispergitur qui inter utrasque locantur spatulas. Par vero quartum inter tertiam et quartam exoritur spondilem, quod in duo dividitur. Quorum unum posterius per dorsi musculos pergit, aliud siquidem anterius protensum per musculos segregatur qui directo ei sunt et super ipsum. Quintum quoque par inter quartam et quintam egressum spondilem in tres dividitur partes. Quarum una diafragmati coniungitur, alia vero musculis qui caput movent et collum porrigitur, alia autem ad musculos pertendit spatularum. Et sextum similiter par inter quintam et sextam nascitur spondilem. Septimum quoque inter sextam et septimam spondilem oritur. Octavum vero inter septimam spondilem et octavam nascitur ubi colli spondiles finiuntur. Nervorum vero ab his omnibus paribus procedentium quedam per capitis et colli musculos pergunt, et quedam per dorsi musculos et diafragmatis, exceptis hiis que ab octavo procedunt pari, quorum nullus ad diafragma pervenit, et quidam ad adiutorium et ad brachium vadunt et manum. Sexti quoque paris partes quedam ad spatularum diriguntur musculos. Alie adiutorium movent, alie vero superioribus adiutorii partibus sensum prebent. Septimi vero paris partium quedam musculis mandantur qui sunt in adiutorio, alie brachium movent, alie quoque per adiutorii cutem dispergunt sensum ei dantes. Octavi quoque paris partes quedam per brachii cutem pergunt dantes ei sensum, alie vero ad brachium tendunt musculos maximi motum prestantes. Nonum vero par inter octavam et nonam egreditur spondilem ubi dorsi spondiles initium sumunt. Cuius quedam partes per musculos qui sunt in costis separantur, alie vero per dorsi musculos pergunt. Quedam vero ad manum descendentes per eam segregantur sensum ei dantes et quedam motum. Decimum quoque par inter nonam spondilem exoritur et decimam. Cuius una pars cuti transmissa adiutorii dat ei sensum. Reliqua vero pars dividitur, cuius quedam pars anterius progressa per musculos qui sunt inter costas et per musculos qui extant super pectus dispergitur, et alia eius pars per dorsi et spatularum musculos dividitur. Et ad hunc quidem modum progrediuntur et dividuntur reliquorum parium nervi usque ad nonum decimum. Par autem vicesimum est primum cuius nervi ab inferioribus dorsi spondilibus exeunt et inter nonam decimam et vicesimam egreditur spondilem. Et ad hunc modum inter spondiles quinque oriuntur paria. Quorum unum quidem vadit ante et per musculos qui supponuntur ventri dividitur.

i. uentre

i. s. partibus

i. cauce

In hoc loco musculum pro musculus posuit

alii autem per musculos partiuntur qui sunt super lumbos. Tria autem horum quinque paria superiora neruus qui descendit a cerebro miscentur. Reliqua vero duo paria que sub istis tribus existunt ramos ex se magnos mittunt. qui ad crura descendentes usque ad pedum extremitates perueniunt. Vicesimi autem quinti paris nerui. sunt primi qui a primo trium ossium alahanis egrediuntur. a secundo autem osse horum trium parium secundum exit. atque a tertio tertium procedit. Hec autem tria paria omnia. nimis miscentur quia ab interioribus dorsi egrediuntur. Quorum magna pars ad pedes descendit. Secundum tamen paria simul cum neruo paris currente ab ossibus alhosos exeuntia ad uirile membrum. et ad nucleum ani et ad uesicam. et ad musculum prope hos locos positum perducuntur.

Capitulum de uenis

Vene omnes a gibbosa epatis parte oriuntur. Epar enim intrinsecus concauum est. extrinsecus gibbosum. Super gibbosa vero ipsius parte. quedam magna oritur uena. Que quidem cum paruum elongata fuerit. in duas diuidit partes. Quarum una que maior est ad inferiores corporis partes deriuatur. ut omnia membra ibi reposita ipsa imbibant. Secunda vero ad superiora corporis membrorum imbibitione sursum uadit. Que usque adeo sursum tendit. quousque diafragmati coniungitur. ubi ipsa in duas diuidit uenas. que per diafragma ut uniuntur ipsum disgregantur. Que postea perforato diafragmate. post cuius perforationem uene subtiles ab eis disgregate panniculo qui pectus in duas diuidit partes et cordis casule. atque glandule que ameoi as uocantur mox. continuantur. et per pectora spargunt membra. quorum formas in sequentibus demonstrabo. Postea vero quidam magni ab eis separantur rami quorum duarum cordis auricularum dextre scilicet continuatur et in tres diuidit partes. Quarum una dextram cordis ingreditur concauitatem que est alia maior existit. Secunda vero ea que extrinsecus sunt in cordis superficie. currit. et per ipsum totum partitur. Tertia autem inferioribus pectoris partibus coniungitur. et membra que ibi sunt nutrit. Que postquam partim sit cor in rectitudine porrigit quousque in furculam directo sit. In hoc autem itinere innumeri sculi ab ea subtiles in unamquamque duarum segregant partium. que membra que in eorum locantur rectitudine uel circa ipsos imbibunt. Extrinsecus etiam a se ramos emittit qui musculos extrinsecus in pectoris torum membrorum rectitudine que intrinsecus sunt repositos humectant. Atque cum in rectitudinem ascelle fuerit. ramus quidam magnus extrinsecus egreditur. qui ad manum que est ex parte ascelle ille. protenditur. que

i. a dextro ilium et sinistro ilium

basilica nuncupatur. Hec autem cum in rectitudine fuerit medietatis que inter duas existit furculas que hinc uocantur in duas diuidit partes. Quarum una ad dextram partem. alia vero ad sinistram tendit. Harum autem unaquaque in duas iterum diuidit partes. Quarum una humero supposita ad manum apte satis tendit. et uocatur cephalica. Alia vero utrinque in duas diuidit partes. Quarum una per interiores colli ascendit partes. quousque cerebrum ingreditur. et partes membrorum colli et suorum panniculorum ibidem repositorum imbibit. et in transitu eius per collum usque quo ad cerebrum ingreditur. rami ab ea subtiles diuiduntur. que membra in collo occulta humectant. Hec autem uena guidez occulta uocatur. Alia autem manifesta ascendit quousque partem tiem tempus. et oculos et nares diuidit. et membra hec omnia nutriat. que est guidez manifesta uocatur. A uena vero humerali dum per cubitum transit. rami quidam subtiles separantur. a quibus ea que in adiutorio extrinsecus sunt manifesta. imbibuntur. Similiter quoque modo ab ascellam segregantur uena rami subtiles. qui occultas adiutorii caunes nutriant. et cum humeralis uena et ascellata prope cubitum in cetuum ueniunt. due ab eis separant partes. una scilicet ab ascellata. et altera ab humerali. et coniuncte descendunt quousque una exe fit uena que purpurea uocatur. Alia vero humeralis uene pars. protenditur per manifestas adiutorii partes. et super focile altum transit. et uocatur hec funis brachii. Ascellatis pars alia que est in inferioris loci parte brachii que est in profundo manet. que usque adeo protenditur. quousque ad caput inferioris focilis peruenit. et fit ex uno suorum ramorum uena que est inter medium et auricularem que saluatella uocatur. Pars autem que ad corporis inferiora descendit. super dorsi spondiles transit. que descendendo. inferius porrigit. A qua rami egrediuntur. qui ad renum fascias et suorum panniculorum et ad membra que his contiguntur. tenduntur. et ea nutriunt. A qua postea duo magni separantur rami que renum fascias et suorum panniculorum. et ad membra que his continguntur ingrediuntur concauitates. Post quos duo alii recipiunt qui ad testiculos uadunt. Deinceps etiam ab ea in directo cuiusque spondilis duo alii separantur rami. qui ad utrumque perdependente latera. membra que circa ipsos sunt. que uel occulta sunt ut matrix et uesica. uel manifesta sicut uenter et ylia humectant. Que cum ad ultimam peruenit spondilem. in duas separatur partes. quarum una ad dextrum pedem. altera ad

dub

i. interscutum

i. matrix uena

sinistrum tendit. et ab ipsis segregantur partes que coxam nutriunt musculos. Quarum quedam sunt occulte a quibus occulti nutriuntur musculi. quedam manifeste que manifestos nutriunt musculos. Cum iterum cum ad genu pervenit in tres dividitur partes. quarum una per medium transit. cui tamen omnes cruris nutriunt musculos. quam interiorem et exteriorem reperies. Alia vero ad partem cruris domesticam tendit que usque adeo taliter incedit. donec super cavillam interiorem apparere incipiat. et tunc ex ea fit vena que saphena vocatur. Postea vero tertia ad partem cruris silvestrem tendit. que similiter occultatur quousque ad cavillam perveniat exteriorem. que et vena dicitur sciatica. Ab unaquaque autem istarum cum ad pedem pervenit separantur partes que per pedem segregantur. Quarum ille que in partibus digitorum minimi scilicet et secundi ab eo reperiuntur vene sciatice partes sunt. Que vero in partibus reperiuntur pollicis vene et saphene sunt partes.

Venarum tamen que dextram cordis ingreditur concavitatem ab ea egressus ad pulmonem vadit. et fit ibi vena arterialis. Vene autem omnes una tantum velantur tunica. Arterie omnes vero duabus velantur tunicis. Unaqueque autem arterie tunica vene tunica grossior est. Abinuecal atque .G. magister fuit hec bene insinuavit. et tunice crossitudinem qua arteria velatur triplam crossitudinis tunice que est in vena invenit. crossitudo ergo arterie sexcupla ad vene crossitudinem invenitur. Preter hanc solam venam que a corde exiens ad pulmonem vadit. non duabus crossis velatur tunicis. et vocatur tunc vena arterialis. Arterie quoque que a dextra cordis concavitate exeunt in duas dividuntur partes. Quarum una est maior. alia minor. Et minor vero pulmonem ingreditur. ubi una subtili velatur tunica. quam ob rem venalis vocatur arteria. Hoc autem quia valde mirabile est. diligenti debemus intueri consideratione. In solo enim pulmone adeo factum est ut et vena in arteriam et arteria in venam transiret. Quod absque ratione ab eo nullo modo factum esse credendum est. dicemus itaque quod arteria ideo fuit vena crossior. quia semper moveri debebat. et quia sanguis qui est in ea multum est calidus. aptum genus erat ad findendum si eam non munisset deus crossitudine hac. Si ad pulmonem veniens transisset per membrum molle et lene. Ideoque securitatem ne findi possit. Quam ob rem oportebat arteriam hanc multum esse subtilem. ut ab ea multa sanguinis quantitas que a corde procedit in pulmone resudaret. pulmo

enim quia assidue movetur. sanguine multum leni et bene cocto indiguit. Refert enim Galienus quod corpus ita se habet ad pulmonem in hoc. sicut dominus ad servientem longo sibi tempore servientem remunerans. Vena autem que pulmonem nutrit a dextra parte procedit. que priusquam ad pulmonem veniat. dextram cordis concavitatem ingreditur. a qua egrediens statim ingreditur pulmonem. et quia sanguis qui est in ea nondum bene coctus est. neque subtiliatur. oportuit ut vena eum portans esset multum crossa. et ut esset duabus velata tunicis multum crossis. quia cum eius colatorium multum fuit crossum. non resudabit in pulmone de sanguine corporis nisi quod multum subtile fuit. Ob hoc ergo oportuit ut arteria in pulmone esset multum subtilis. quia ministrat ei sanguinem concavitatis sinistre qui est bene coctus et quem spiritus subtiliat. quo ipse pulmo in suo iuvatur motu. Et fuit necesse ut vena valde esset crossa que a dextra parte procedit. et ad dextram cordis concavitatem adhuc ut sanguis qui in ea continetur cum nondum sit bene coctus optime colaretur.

defectus.

Capitulum de arteriis.

species quia sanguis diminutus est. non vero cole dum
taxat. et corpora ista non sunt extrema sed accidenta
lia. Alia vero vere extrema sunt et per se clara. que
omni tempore talia perseverant. et ista sunt corpora co
lica. Sunt preterea corpora quedam que citrinitati rubi
ditati et fusco appropinquant colori. prava pertina
pertinacia pallentitudine. quibus utrumque dominatur
colera. quare complexio omnibus aliis deterior comprobatur. Epar
quoque et splenem habentium complexione plerumque sunt
egra. et horum corporum sanitas nec est firma nec
permanens. Corpora vero colorem mediocrem habentia que
citrinitati magis sunt propinqua. calidioris sunt complexio
nis et cole rubee vicina. Que autem nigredinem
habent admixtam. minus sunt calida et cole attingunt
nigre. Ex forma quoque corporis complexionum cognitio
habetur. Grossum namque et carnosum complexionem significat humi
dam. Gracile et macrum si fuerit corpus. complexio monstratur
sicca. Verumtamen quia grossitudo est extreme soliditatis (?)
dum et rubedo et sanguinitas apparet secundum co
lorem. complexio simul cum humiditate calliditatem obtine
bit ad hunc modum. Quod si grossitudo ex pingue
dine fuerit et caro fuerit mollis et sanguine diminu
tum. complexio frigida simul erit et humida. Contrarium (?) re
qualitatis et proportionum observantia sunt mensuris
quam unum alii oppositum fuerit. suam proprietatem complexio
num ostendit. Et si in his diversificatum invenitur quod eo
rum complexio nec una est nec propinqua. Largitas vene
foraminum que sunt in hiis habentibus et vene amplius cali
dam ostendit complexionem. Econtra autem angustia et parvitas
frigidam significant complexionem. Ex tactu quoque dignos
citur complexio. nam corpus quod semper tactu calidum invenitur
calidam videtur habere complexionem. Quod vero semper sentitur
frigidum. complexionem habet frigidam. Si autem caro cum tangitur
lenis sentiatur. complexionis erit humide. aspera vero sic
ce. Si autem caliditas tactus ipsi lenitati admixta fu
erit. complexionem calidam demonstrabit et humidam. as
peritati vero si adiungitur. complexionem calidam signa
bit et siccam. Frigiditas quoque quoque tactus lenitati
admixta. frigidam et humidam declarat complexionem. Et cum
eam asperitati admiscetur. frigidam et siccam portendit com
plexionem. In plurimis tamen corporibus tactus frigiditas lenita
ti admiscetur quam asperitati. Vix est corpus reperiri potest.
quod frigide sit complexionis et asperum. laxum autem et molle si
fuerit corpus. humidam monstrat complexionem. Solidum vero et
durum siccitatem prohibet esse complexionis. Operationes que

naturales sunt appetitus digestio et augmentum et pulsus si fuerint
fortes fuerint et velociores. calidam significabunt complexionem.
Debiles vero et minute si fuerint. frigidam demonstrabunt
complexionem. Et animales similiter operationes ut sensuum
acuitas et laesionum (?) velocitas et velox motus atque
audacia calidam significant complexionem. Hiis vero contraria
complexionem demonstrant frigidam. Superfluitates que a
corpore solent egredi ut sunt stercus et urina et sudor et cetera
pili et alia multa complexionum sunt declarative. Color
namque capillorum et eius et spissitudo et nigredo et
crispitudo et grossitudo atque asperitas omnia hec com
plexionem significant calidam. Contraria si hiis frigidam innuunt
complexionem. Sudoris et fetor et malus in corpore odor
caliditatem declarant complexionis. Sudoris quoque multitudo
complexionis significat humiditatem. Que vero hiis contraria sunt
contrariam ostendunt complexionem. Sordes quoque pruriente
sicca et urine tinctura ac ipsius fetor complexionem si
gnificant calidam. Hiis vero contraria contrariam decla
rant. De signis equalis corporis.

Color corporis habitus eiusdem albo cum rubeus admisce
tur. tactus vero eius non est frigidus nec in calore superflu
us. nec multum apparet lenis. lenitas tamen et cali
ditati magis quam siccitati et asperitati approximare
videtur. Habitus quoque corporis habitudo inter maciem et cor
pulentiam media existit. pinguis tamen plus carnosi
tati quam macie vicinatur. Sed parum (?) si regnum illi
est immobilitatis (?) regnum et quietis. Eius capilli inter
subtiles et grossos atque inter nigros et rubeos. et inter
lenes et asperos medii existunt. Corpus preterea huiusmodi
neque multum pilosum valde apparet nudum. Certe
tibi apparet. Operationes insuper eius omnes tam naturales quam
animales equalitatem tenent. adeo ut in multum
desiderium habeat nec sue cupiditates in tantum debili
tentur ut quasi mortue videantur. nec multum sit vi
gilans nec multum dormiens nec multum et velociter
mobilis nec multum quietus. Superfluitates que ab
ipso exeuntes corpore inter ponderatas mediocres exi
stunt dispositiones. et ad ultimum ei dispositio inter omnes
dispositiones equalitatem excedentes existit media.
Vene quoque eius nec occulte sunt et angustie nec
ample et manifeste. Vox est ei et ipsius hanelitus et ip
sius et eius motus omnia hec inter parvum et magnum et velox
et tardum mediocria sunt. De signis corporum

Hec certissime crescunt. Que in tangentibus calidorum
calida occurrunt et macra existunt et gracilia. Ve
ne quoque eorum manifeste sunt et motus velox. et omnia
que in eis oriuntur velocia. Obstinati preterea sunt
pauci sompni. multorum capillorum crisporum et in
nigredine intensorum. Eorum color rubeus atque ru
beus cum obscuritate quadam. De signis corporum frigidorum

Marginalia: vel — monstrat — neque — hic desiderium significat appetentiam alicuius rei tam naturalis quam non naturalis. — in plurimis tamen corporibus tactus frigiditas lenitati magis quam asperitati.

Hec tarde crescunt. capilli quoque tarde eis nascuntur.
hebetis existentes ingenii. et tarde opinionis.
pulsus eorum paruus. et lentus est. et a tangentibus
apparent frigidi. et huiusmodi homines coitum sunt impo-
tentes. et sunt pauca generantes filios. debilis di-
gestionis. et multi sompni. De significationibus corporum humidorum
Horum tactu multum inuenitur lenis. eorum quod
caro mollis. et membra laxa. iuncture eorum et ossa
occulta. Uenter similiter paruus. et parum patientes la-
boris. et cum laborant uelociter dissoluuntur. et uelocius
fit. et eis apparet ex labore dissolutio. corpulenti
frequenter sunt. et multum dormientes. et debiles. et
paucos habentes pilos. De signis corporum siccorum
Hec corpora aspera sunt et macra. et dura et fortia.
et multum rigida. et multam pacientiam laboris. quorum
iuncture et corde manifeste. contrario multorum presta
sunt capillorum. et pilosi. De signis corporum calidorum et siccorum
Hec corpora in ultimo plurimis
habundant capillis. nigris et spissis. et maxillenta
quoque ultime repiunt. Et contra tangentibus calida
occurrunt. cutis habentia spissitudinem et asperitatem
et neruos fortes. Et cordis quoque habent manifesti-
ores. et ossa et iuncturas. et sunt pauciores sompni
et pulsus eius sunt uelociores. et motus similiter. et
tractus calitus. et sunt audaciores et obstinaciores.
Hec in ultimo De signis corporum humidorum et siccorum.
tangentibus mollia sentiuntur. et capilli denudati
et capillos habentia lenes. et uenarum angustiam et iunc-
turas occultas. et sunt corpulenta. multum habentia
pinguedinem. et laxa. multum habentia sompnum.
pigri. motus eorum tardantes. Corpus autem frigidi
et sicci. et calidi et humidi dispositiones ex simplicium
dispositionibus mixte sunt. ex quibus oportet fieri
quemadmodum. scilicet uni earum appropinquant. aut inter eas
medie existunt. De signis complexionis cerebri et sue forme.
Forma cerebri. formam sequitur
capitis. paruum namque si fuerit capitis. cerebrum
quoque paruum erit. et si eius figuram corrumpit. cerebri
ipsa figuram corrumpet. Quapropter capud in paruitate
superfluum. nec non est malum. et cuius figura existit ro-
da sicut que palmarum est similiter est. et ipsi similiter ma-
la est. Capud autem melius est quod in magnitudine mo-
deratum existit. decentem habens rotunditatem. que scilicet
ante et retro parum emineat. et ab utrisque au-
tem lateribus paruam habeat compressionem. Complexionum autem
cerebri que calida est capitis et faciei micturam super-
flue calidus reddit. In oculis quoque rubor et ue-
ne eius apparent manifestiores. et capilli eorum
tempore cito nascuntur. et sunt spissi et fortes. et ni-
gri et aspri. et sompni eorum parui et leues. huiusmodi

frequenter habent complexionem. accidunt cito ledunt
odoribus. et eorum capita cito grauantur et replentur.
In cogitationibus quoque ueloces sunt et insta-
biles et multe mutationis. Superflue est sunt
acuti et ueloces in operationibus animalibus. Frigidi
autem cerebri complexio. hiis omnibus contraria operatur.
Est namque sompnolentus et hebes et tardi intel-
lectus. Capilli quoque capitis eius lenes et parum
nigri. uelociter canitiem patientes. cui detegitur
capud est nociuum. eius et palpebre tarde mouentur
et pigre. Quod si siccum cerebrum si fuerit. capilli
incipiunt cito nasci. et cito calui fiunt. et
uigilantes erunt. ex naribus quoque nichil de-
fluet nisi parum. et capitis reumatismi non eis ac-
cidet neque coriza. Humidum autem huic contrarium est
eius namque capilli subtiles sunt et tarde nascuntur.
nec calui fiunt. humor quoque ex naribus semper
defluit. et reumatismus ledit. et est sompno-
lentus. et eius sensus non sunt clari. Calidi
autem et sicci habens complexionem capillos incipit
habere in ultimo fortitudinis. et uelocis natiui-
tatis et ultime nigredinis et crispitudinis. et
calui citissime fiunt. et sunt in ultimo gradu
paucitatis sompni. et ideo parum profundi. Ani-
malium quoque operatione uelocitatem habent. et ue-
loces cogitationes. et sensuum clarorum. Superflu-
itates et pauce ab eis descendunt. Frigidum autem
et humidum huic dispositioni contrarium est. Est
namque multum habens sompnum. piger. tardus
et hebes. cui nullo modo accidit caluicium. Co-
riza tamen et reumatismus ualde molestatur
et frequenter ei accidunt. Calida uero complexio et
humida et frigida et sicca secundum hoc quod alteri ex suis
simplicibus appropinquat. suas ostendunt significa-
tiones. Si enim simplices equales fuerint. si-
gnificationes quoque erunt equales. De signis complexionis cordis
Cordis complexio si calida fuerit.
pulsus uelox erit et frequens. cum hanelitu si-
milis repente.
et super pectus mul-
ti pili sunt. et
spissi. quod in ca-
lidis tactu sen-
titur. huiusmodi
cordis complexionem
habens audax est

Pulsus est uelox quando tempus mo-
tionis eius est breue. frequens est cum
tempus quietis eius est breue. et quando calor
calor est multus. et uirtus debilis. ar-
teria non adtemptet moueri. unde
tempus quietis fit minus. et pulsus
fit frequens.

et obstinatus. et multe iracundie. habitudo pecto-
ris in magnitudine et paruitate sua considerata.
complexionem demonstrat cordis. pectus enim si magnum
fuerit. cordis caliditatem et magnitudinem ipse manifestabit.

Quod adhuc manifestius erit. Si cum hoc caput parvum fuerit, aut si non fuerit magnum, hoc est si ita fuerit, alia non oportebit signa attendere. Similiter quoque modo si pectus parvum fuerit et caput magnum aut mediocre, propter cordis parvitatis et sue complexionis frigiditas demonstrabitur. Quod si pectoris magnitudo capitis magnitudini aut pectoris parvitas capitis parvitati proportionaliter extiterit, alia attendere debes signa. Frigida autem cordis complexione parvus fiat pulsus aut anhelitus similiter invenitur. Pectus quoque paucos habebit pilos et subtiles et pectus tangentibus frigidum occurret. Qui huiusmodi cordis complexionem habuerit timidus et piger erit. Complexio autem sicca si fuerit, pulsus erit durus et totum corpus invenietur musculosum et fuscum. Pectus quoque paucam habebit carnem sed venas habebit manifestas et pilosum erit et autem costas et durum. Humida autem lenem fiat pulsum et pectus a pilis nudum, carnem quoque pectoris mollem ac suavem. Complexio vero calida et sicca pulsum reddit durum et velocem et frequentem et multos in pectore pilos et fortes et spissos et fetorem simul. Anhelitus quoque ex ea magnus provenit et frequens. Totum preterea corpus tactu calidum sentitur et musculosum atque manifestas habens venas. Huiusmodi vero complexionem cordis habens irascibilis erit et obstinatus. Frigida autem et humida complexio his omnia opponitur. De signis complexionis epatis.

Complexionis epatis caliditas ex venarum amplitudine et magnitudine et ex stercoris siccitate sepius (?) cognoscitur. Preterea appetitus est fortis et in corpore multa colera rubea generatur. Urina quoque et egestio tincte sunt et sitis multa et calida cibaria ei nociva sunt et sub ypocondriis pilorum invenitur multitudo. Epatis vero frigiditas ex omnibus signis que predictis sunt contraria cognoscitur. Siccitas ex sanguinis paucitate et ex hoc quod corpus est macrum et venas graciles et quod colera pauca provenit (?) pulentudine cognoscitur. Humiditas vero eius ex omnibus signis que ex his predictis contraria existunt deprehendi potest. Quod si calidum cum siccitate ei dominatur cognoscitur eo quod signa calide complexionis sunt manifesta et in ultimo existunt fortia. Sic quoque humiditas cum frigiditate cognoscitur ex hoc quod significationes complexionis fortes existunt et in ultimo sunt manifeste. Signa complexionis pulmonis.

Cum pulmo calidus fuerit, vox erit grossa et anhelitus magnus, pectus amplum et magnum. Cum minuitur nocumentum a frigidi aeris attractione et magis sentit (?) ipsi nocumentum aeris calidi attractione. Si autem pulmonis complexio frigida fuerit, omnia his contraria evenient. Cum autem sicca fuerit, vox erit clara et post paucas pluviam (?) superfluitates. Humida autem si fuerit, omnia his evenient. Significationes vero complexionum compositarum ex simplicium cognitionibus haberi possunt. De signis complexionis stomachi.

Cum stomachi complexio calida fuerit, digestio fortior erit appetitu et subtilia cibaria ut volatilium caro et edulina (?) in ipso corrumpuntur. Grossa vero cibaria ut vaccina caro et frumentum coctum bene in ipso digeruntur et sitit multum. Famem tolerare non potest. Accidunt enim huiusmodi hominibus stomachi exca (?), capitis dolor et vertigo. Irascibilis quoque est et tacitus. Frigida vero cum fuerit, his omnibus omnia evenient. Appetitus est maior quam digestio. Cibaria quoque grossa ideo corrumpuntur. Quamobrem apud ipsorum corruptionem acida sequitur eructuatio, quemadmodum apud ipsorum corruptionem in stomacho calido est fumosa. Ciborum preterea frigidorum appetitus erit, ex quorum multa comestione lesio proveniet. Cum autem stomachi complexio humida fuerit, sitis minuitur et saliue multitudo ab ore profluet. Nausiam quoque cito patietur et vomitum cito proveniet. Scothomiam quoque et vertiginem cito patientur. Sicca autem complexio est sicca (?), omnia his omnia opponuntur (?). Sitis namque est multa et stomachus est siccus. Preterea cum cibaria in stomacho moram fecerint et non cito ab eo descenderint, sed cum quedam duricie, et appetitus fortis non fuerit nec purus, stomachus debilis erit. Contraria vero his est stomachi ...

Dixit Alexander: quod dicit pulsus (?) hoc dixit quod quando cibus in stomacho corrumpitur cibus ex frigiditate acidus sequitur et ex calore excellente fumosus. Non semper evenit sic; contingit enim eundem calidum in stomacho esse superfluam et tunc proveniet acidi. Quod ideo contingit quia virtutum membri debilitas — ex qualibus male complexionis modis contingit. Et cum virtus digestiva sive cum nimie caliditatis sive frigiditatis vitium (?) gat, digestionis sequitur imperfectio, et cum digestio non completur cibi aliquando in stomacho fit acidus. Istud quod de stomachi debilitate vel fortitudine hic dicitur non possunt sequi ex aliqua eius mala complexione. Considerandum debet enim: nullum enim membrum aliarum virtutum patitur lesionem quando ex aliqua male complexionis specie proveniat, videlicet ubi ex una IIII simplicium vel ex una quatuor compositarum. Cum igitur aliquam debilitatem certam virtutem ad cognoscendam eam sue debilitatis et que mala complexio ipsam efficiat, verti debemus.

fuerit. stomachi fortitudo significabit. Si enim quis
comestione semel facta cum aliquis gravatur fuerit.
non autem ex multa comestione secundum horas facta
ledit. et facile et bene digeritur. significatur quod virtus stomachi
est fortis licet parvus sit. De signis complexionis testi-
Testiculi cum calidi fuerint. inguinis partes culorum
multis et spissis vestientur pilis. Virga quoque cito forti-
ter erigitur. Sperma erit crossum. coitus quoque velociter
explebitur. et repentine autem .s. pubertatis tempora adven-
tum festinans erit. Vene preterea que sunt iuxta superficiem
grosse sunt et manifeste. Ipsi quoque corde fortes et
prompti et grosse. Cutis autem et ypogastrium et testiculos cir-
cundantis crossa et spissa et aspera conspicitur. Frigi-
da autem cum fuerit complexio. omnia hiis contraria apparebunt.
Cum autem complexio sicca erit. sperma in quantitate pau-
cum invenietur et spissum. Virga vero non solum non
erigitur verum et debilis erit. Cum autem complexio humida
fuerit. sperma in quantitate multum et in qualitate sub-
tile erit. virga vero non erigitur. Est et laxa et non forti-
ter. et ei similes ei invenientur. Ipsi vero cutis le-
nis est. cum locus apilis nudus existit. Et cum complexio
calida fuerit et humida. multa erit virge erec-
tio. et sperma multum. et erit venereus. et multum in ve-
nere potens. Frigida et sicca cum fuerit. omnia hiis
accident contraria. Capitulum de nominandis signis
extrinsecus et naturalis quorum auxilio aliquis complexionem cognoscere potest.

Tocius corporis complexio. membrorum principalium et ipsius cordis
et epatis et cerebri et testiculorum complexionibus similis invenitur.
Corpora quidem in quibus istorum membrorum complexiones di-
verse inveniuntur. aliis sunt deteriora corporibus. Hec
namque corpora incessanter infirmantur. Etates quoque
et regiones non minima in complexionibus operari viden-
tur. Etas namque puerilis omnibus etatibus humidior
invenitur. Senilis autem omnibus aliis est siccior. hec enim
a maturitate usque ad senium descendens non cessat
donec nichil fiat. Senium namque non est aliud nisi
magnum in corpore siccitatis dominium. Superfluita-
tum autem multitudo que a senibus cum tussi et emunctio-
nibus profluunt. eo est quod foramina suorum membrorum
superfluitatibus et humoribus crudis plena sunt.
Ipsorum quoque venarum et suorum membrorum corporis inulti-
mo siccitatis existit. et siccitatis et fusce coloris et
pulentudinis ac tenuitatis et humiditatis mino-
ratio in eis manifesta sunt. Puerorum vero caliditas
secundum quantitatem maior est. iuvenum autem in qualitate
fortior. Senum preterea complexio respectu eorum que in se-
nio sunt constituti. calida est et humida. iuvenum vero
complexio frigida dicitur et sicca. Ex regionibus vero
que calide sunt. complexionem reddunt sicciorem. et corporis
superficiem adurendo incendunt. intestina vero et

membra interiora. frigida efficiunt. Regiones autem que
frigide sunt. humores in corpore conservant. corporisque
superficiem in lenitate et nuditate corporum sclavorum
dispositioni similem reddunt. Intestina et alia in-
teriora membra. superflue calida existunt. constituunt.
Vnde in nigris capillorum crispitudo. et in ambabus
color rubeus fuscus hiis contrarius. non absolute
significat quod eorum complexio sit calida. Levitas quoque
cutis partibus. et capillis nuditas atque albe-
do. non significat eorum complexionis frigiditatem. immo partibus
interiora. nigrorum interioribus multum sunt calidiora.
atque omnia nigrorum corpora partibus exterioribus valde
sunt sicciora. In regionibus autem que inter calidita-
tem et frigiditatem temperate existunt. significatio exterioris
superficiei habet notitia super ipsi interiori. verum
est et contraria. Consuetudo et in complexionibus diversa
operatur. Comedendi et bibendi et dormiendi lar-
gitas. complexionem facit humidam. hiis vero contraria.
siccam reddunt complexionem. Quapropter cum hominem crossum
et carnosum videmus. cuius preterea ample sunt vene.
intelligere debemus huius complexionis corporis magnitu-
dinem non naturalem. sed accidentalem fore. Cum autem vi-
derimus carnosum corpus et pingue dum de debemus.
Carnis est multitudo. sanguinis multitudinem et
caliditatem et humiditatem sequitur complexionem. Multa autem
pinguedo. humiditatis multitudinem. et frigiditatem et hu-
miditatem innuit complexionem. Capitulum de nominandis signi-
ficationum particularium et aliarum quibus iuvatur signis ex

Vox crossa caliditatem designat complexionis. [illegible]
Gracilis vero. complexionis innuit frigiditatem. Loquendi ve-
locitas. calidam significat complexionem. Velocitas aspiciendi
et claudendi os oculos. caliditatem significat complexionis.
Nasi acuitas et colli longitudo. et epiglotis foris
prominens. et vox acuta et pulcra. complexionis de-
monstrant siccitatem. Oculorum magnitudo foris
prominentium. humidam portendit complexionem. Oculi
in latitudine eorum tendentes. partibus oculis
similes. corporis humiditatem designant. Capillorum
crispitudo qui sursum elevantur. complexionis cali-
ditatem demonstrant. Narium amplitudo. et in ma-
xillis carnium multitudo. et segnis pilorum pra-
vitas. complexionis significant humiditatem. Similiter
et humiditatem innuit complexionis. Fetor corporis.
calidam demonstrat complexionem. Color citrinitati pro-
ximus propinquus. et facies parum tumida et pal-
pebre inferiores tumorem ordeolo similem ha-
bentes. omnia hec epatis innuunt debilitatem. Defectum 27
virtutis et eorum debilitatis. toci corporis imbecil-
litatem et vite brevitatem significant. Nasus quoque cur-
tus. et os parvum. et dentes curti et grossi. humidam

i. exposita sunt sterminentibus semper.

i. decrepita

i. senior.

declarant oppilationem et strictionem. Extremitatum ille
nitas et earum tenuitas atque equalitas. Subtilita-
tem demonstrant oppilationis. Crassities et spissitudo cum pulse
fuerint et premi. tocius corporis oppilationem esse debilem et ipsius
qualitatem forte paucam demonstrant. Signa debili-
Paucitas laboris laboris tollerantia. tatis neruorum
eorum fortis fit operatio. tremor. et debilitas
sensitiua atque ex aqua fide potius laxatio et uir-
tutis priuatio ac cordium subtilitatis et earum
et firme eius tenuitas. Que et humidas habitudines con-
Oppilationes magis accidit. De oppilatione membrorum et humorum
Cor omnibus corporis membris calidius est. Albedo nu-
tens caloris. totum recipit corpus. Unde ipsum quod fons
et minera caloris origo. nuncupatur. Epar uero post
cor. in caliditate secundum existit. post epar uero sunt
carnes. Adeps uero carne frigidior est. Cerebrum oppilatio
frigida est et humida. Ossis per totum oppilatio. silicet frigida est et
sicca. Cartillagines uero et ligamenta ac corde
et corpora uenarum atque panniculi. omnia hec oppilationes
habent frigidam et siccam. minus tamen quam os. Cutis com-
plexio temperata est. propter tamen eam que in uolis manu-
um temperati hominis reperitur. Neruorum oppilatio diuersi-
ficatur. nam qui a cerebro nascuntur humores sunt.
Qui uero a nucha oriuntur. siccam oppilationem cum
oppilationi uicinantur. Glandularum oppilatio que lac
et spermata et saliuam generant. frigida est et humida.
Carnis uero simplicis. membris diuisa inueniuntur quia in
neque membrorum proprium tenet oppilationem. Carnis est
pulchrius oppilatio. ac oppilatione carnis tenuium diuer-
sa est. Sermo tamen hic diffinies. ab hinc libro tercio
one de remotione inuenies. De humoribus autem
et humoribus sciendum est quod colera rubea omnibus ali-
is humoribus calidior. et cum hec flaue et sangui-
nis oppilationis est sicca. flegma uero omnibus aliis hu-
moribus frigidior inuenitur et humidior. Colera quoque
nigra respectu sanguinis est frigida. aliorum uero hu-
morum oppilationes est sicca. Propterea sanguis respec-
tu flaue et colere nigre calidior. utrique uero colere
oppilationes humidus est proprie. Cuius quatuor species di-
uerse sunt. sic et flaue. Quarum una frigidior alia
habetur. fellis similiter species quam alius est acutior et
siccioris qualitatis. Sanguis iterum quodam alio
temperatior est. ita ut sit per oppilationem adsignum
ne bonum. colicus et flaue et melancolicus. De
Signa que inueniuntur feminibus cognitione replexionis.
inueniunt tante sunt magnitudinis ac multitu-
dinis quod uenas extenuat et inflat. producet di-
spositio quam medici repletio secundum formamina
uel ex formaminibus uocant. et quam quod sensus est et ex
quo corpori nutrimentum debet missum adeo excedit.

colle

quod natura aliquid extra ut sensus nutrimento non
necessarium dimittit. quia conuertere illud non potest. nisi ad do-
minium ualet. prouenit inde dispositio quam medici se-
cundum uirtutem replexionem nominant. hec autem utraque dispositio
egritudinis sunt gignitiue. Replexionis autem ille que est
secundum formamina replexionis significatio. est coloris ru-
bedo et corporis caliditas cum eorum intensione. Alicui
quoque et oscitationum multitudo et sompni mul-
tus. et uenarum replexio cum ipsarum tensione. sanguis a
naribus exitus et gingiuis guttatim fluens. cum
utraque parum inde fuerint. et capitis grauitas atque ocu-
lorum et timporum grauitas et ingenii atque sensus
turbulentia et pulsus magnitudo. cum in dispositione sit
similis cause dispositioni ad lassus est. et quod autem multa
comestione et potatione fuerit usus et sompno super-
fluo ac multa quiete. Replexionis autem que secundum
uirtutem contingit significationes iste sunt. Appe-
titus cessus. et ad motiones grauitas et pigri-
tia. et dissolutio et lassitudo. Omnia enim hec si sine
coloris rubedine et membrorum extensione fiunt. p-
proprie predictam significant repleionem. pulsus quoque
in hac repleionis specie non est magnus. urina quoque
non est tincta nec rubea. De cognoscendo quis quatuor
Significationes omnis pene quatuor humorum ducetur.
replexionis speciem. Sanguinem dominari ostendunt.
pruritus propterea loca exquo sanguis solet minui
et oris dulcedo post solitum. et prius mortem uesice
et in corpore carbunculi atque urina rubea et spis-
sa. et si post ista etas sit iuuenilis. et corporis bone
sit habitudinis. multas habens carnes. et cibaria
quibus in precedenti tempore usus fuit. sanguinis
generatiua fuerint. procul dubio sanguis habun-
dare significat. De signe dominii colere ru-
Coloris citrinitas. et oris amaritudo. atque lin-
gue moris siccitas. et sitis multa. ac appetitus de-
bilitas. et nausia atque uomitus citrinus et uiri-
dis et amarus. et egestio mordicatiua ac lingue sicci-
tas. et ipsius asperitas. et etiam quod in albis oculorum appa-
rent citrinitatis. et urina tenuis ignea et clari-
quorumque hanc significationum appareant sicut hec tempus
estiuum fuerit. et etas iuuenilis. et cibaria quibus
assuetus fuit pauca uel calida. et labor processit
multus et sompnus paucus. atque corpus oppilatione calida
inuenitur. tunc fiducia habenda est de eius dominio.
Ardor stomachi. multitudo De signe dominii colere nigre.
caninus appetitus et fuscus color. et sanguinis nigredo
rubedo ac spissitudo. et urina nigra uel rubea
fusco propinquius colore. uel uiriditatis appropinquans.
corporis preterea talis sit inquo nigram generari solet
colera. in corporibus enim albis et macris et nudis

aprilis. colera nigra vel raro vel nullo modo generatur in corporibus; aut bruno colorum colore et macies atque colore habitudinis ex rubeo et fusco mixto, et musculosis, et in corporibus hirsutis et rubeis quando multum laborant vel male regunt(ur); et sicut hec cibaria quibus plus usus fuit colere nigre generativa fuerint, et ipsi regiones simile; et corpori preterea acciderint scabies et morphea nigra et pustule male et splenis augmentum; quando ista affuerint non est amplius dubitandum colam nigram dominari. **Significationes dominii flatus**

Multitudo viscose salive et sitis paucitas. et urina alba et pigritia et hebitudo et [illegible] sompni atque corporis mollicies et digestionis tarditas. Et preterea si annus hic fuerit complexione frigida et tempus hyemale. homo quoque ante hoc plus fuit usus motu et pauco exercitio et multa comestione ciborum, cibaria in quibus usus fuit secundum maiorem partem flatus generativa fuerint atque aque dulcis balneo usus fuit, tunc signa fortiora erunt et firmiora inflatus dominium significantia. **De signis sompniorum**

Sompniorum preterea significationes precedentes priorum multociens amisceri solent. Cum enim aliquis in sompno pluvias multociens videt et mare et fluvios, multam in eius corpore humiditatis adesse significat. Ignes vero et fulgora ac lites cum aliquis frequenter in sompnis aspicit, coleram rubeam in ipso habitare monstrant. Colores autem rubeos et tinctos ac nuptias et cibaria dulcia ac ventositates atque fluxum sanguinis et flebotomiam si aliquis sompniaverit, quod sanguinis multitudo sit declarat. Cumque multa fusco colore tincta atque nigredinem et timores ac pavores in sompno aliquis aspiciat, colere nigre operatio significatur. Et cum aliquis in sompno videt se mare quasi in loco [illegible] vel frigido aqua ledi, frigoris significant victoriam. Hec autem omnia si visa fuerint contrarie erunt significationes. Et si aliquis videt se quasi in balneo vel in sole vel quasi canicularibus exponatur diebus vel in igne, excessum significat caloris. Et cum aliquis sompniaverit se quasi volare et [illegible] siccitatis demonstrabit excessum atque humorum levitatem et subtilitatem. Si aliquis in se quasi ab aliquo gravari sompniat, repletione laborare ostendit. Qui aliquando in se [illegible] quasi cenosa incedere videt fetidorum humorum [illegible] putridos in corpore demonstrant habere humores. Hec vero omnia contraria habent significationem. Qui autem in sompnis videt quod quasi [illegible] pectus bonum habere [illegible] signat

equalitatis humorum. et quod apparet mihi valde sunt remoti. Per loca vero quasi angusta et [illegible] si quis se ambulare aspiciet, instrumentum anelitus gravius pati constrictionem demonstrant. Que vero ipsum tantum aeris quantitatem attrahere nequit quanta ei est necessaria. **De complexione capillorum**

[illegible] primis capillorum color cum summa intueri diligentia oportet. Color enim cum in rubedine minuitur epatis infirmitatem vel splenis vel stomachi significat vel quod emorroydas patiatur a quibus sanguinis effluit multitudo. Post hec vero totius corporis superficies in loco claro et luminoso ostendi debet, ne morphea subtilis si in corpore fuerit vel impetiginis initium occultum pretereat. Morphea enim in suo initio valde est occulta. Ipsa namque non est tunc nisi albedo vel nigredo subtilis que paulatim procedit cum sui additione completur. Impetigo quoque non est aliud in suo initio nisi asperitas que loco accidens cum additione semper de die in diem crescat. Preterea si in aliquo loco corporis nevum vel cicatricem similitudinem vel signum aliquod habuerit, cum summo studio considerandum est ne in illo loco forsitan habuerit [illegible] per quam [illegible] sit vel excoriatur vel [illegible] ut occultum possit. [illegible] senium vel longi fuerit temporis [illegible] debilem amittet et amplificabitur albaras ultra locum cicatricis et excoriationis. Cumque nevi dubitatio occurrerit, ipse in balneo ponatur et cum aliqua [illegible] fricetur et cum semine [illegible] atque aceto deinde consideretur, et si in loco in quo cicatrix vel excoriatio fuit non solet fuerit [illegible] vel excoriatur suspectum haberi debet [illegible] magis frictum debet. Preterea summitates et extremitates corporis cum magna inquisitione considerari debent [illegible] postea vero [illegible]. Deinde vero capitis pili atque totius cutis considerandi sunt an sit in eis furfur vel [illegible]. Auditus quoque acuitas requirenda est et ubi ipse et sensus attendendi sunt. pupille in attendende sunt an sint in magnitudine equales, et visionis acuitas et albedinis que in oculis est claritas considerande sunt. Cum enim in oculis est fuscus color turbiditate participans [illegible] designat, et quando in oculis est citrinitas, egritudo epatis significatur. Et quando vene rubee multe et manifeste sint in oculis [illegible] febrem. Palpebre quoque considerande sunt si humide sint et [illegible] mobiles. Grosse autem si sint plenique sint scabiose vel sint ad [illegible] Que vero [illegible] et [illegible] sunt

· sic accipiter

· scilicet egritudo

[illegible] fit alcali

· scilicet ab illo emendum

male. Oportet enim illum cui t[illegible] visio. fiat
quam a sompno excitatur tam [illegible] fuerit pal-
pebris. donec aperiantur. [illegible] male quoque
quod a parte naris est. exp[illegible] est. decurrit
cum forsitan a capite humor [illegible] fistule
sibi est. pili preterea palpebr[illegible] porre-
cti sunt. Si enim fuerint rar[illegible] significabunt.
et ipse sicut hircus fuerit. [illegible] rubea. te-
nde cum magna diligentia [illegible] pos et na-
res attendat. ne malus [illegible] odor. naris
quoque signum contineret. [illegible] si fu-
erint. fistulam inesse [illegible] itemque in sole
inspici debent. Itemque an [illegible] attendendum est si
sit facilis. dentium preterea [illegible] quantum est. vide-
licet si sunt recti et fortes [illegible]. et si aliqui cor-
moveant vel corrodunt [illegible] est fortes. Qui
permanent. Gingive vero vel [illegible] cito cadunt.
post hec quoque toti corporis [illegible] pernosc-
ant. deinceps eius collum [illegible] est equale. et con-
primat et videat si est ibi [illegible] locus tumid-
vel cicatrices habens. scrofule enim glandule ibi
erunt. exquibus [illegible] que dicuntur per-
tus preterea attendat [illegible] et multas habens
carnes. parvum enim si [illegible] et scapule
foris prominuerint [illegible] post hec
vero supinus iaceat [illegible] ei venter pal-
petur attendendo si tumor [illegible] color inveniatur
ibi cum comprimitur. et [illegible] epatis et sple-
nis et renis sedi. deinde [illegible] et ut sedeat.
cuius egressum attendat [illegible] deinde ad contr-
ahere iubeatur. et [illegible] fortitudo con-
sideret. debilis enim si [illegible] de-
bilitatem demonstrat [illegible] vero [illegible] ut
[illegible] et attendat [illegible] ipso
[illegible] vel tussis [illegible] ipsi et pectus
ad [illegible] una est fortis
et altera maior [illegible] quoque
[illegible] est [illegible] videlicet
[illegible] fuit [illegible] in
[illegible] magne [illegible] et ample inve-
antur. Ex his enim [illegible] et elephantia sepe
[illegible]. Alia vero [illegible] cognitione
[illegible] vel adiuvat
[illegible]. **Capillorum significationes.**

Capilli lenes. timorem [illegible] significant. Crispi
autem audaciam significant. [illegible] pilorum
multitudo repleta [illegible] demonstrant. Si
[illegible] vero si multi [illegible] audaciam indica-
bunt. [illegible] multitudo
[illegible] pilorum [illegible] significabunt.

Inveniatur quoque in pectore pilorum multitudo
repleta. sapientie tenuit parvitatem. pili in ca-
pite vel in toto corpore similiter repleti. timorem
significant. **Coloris significationes.**

Color rufus vel rubeus. sanguinis et caloris in-
nuit multitudinem. Color vero inter rubeum et album
medius. equalem significat complexionem. si cum hoc
cutis et pilus rubea fuerit. Cuius autem color est velut
flamma ignis. insanibilis est et maniacus. Cuius co-
lor rubeus et clarus conspicitur. verecundus est. Cuius per-
fecta color viridis apparet vel niger. insanabilis est.
Cuius oculi sunt magni. **Significationes oculorum.**

piger est. Cuius quoque oculi in profundo sunt positi
callidus est et deceptor. Cuius oculi foras prominent
inverecundus est et loquax ac stolidus. Cuius autem oculi
in corporis longitudine porrecti fuerint. callidum
et deceptorem demonstrabunt. Cuius vero pupille
multum participant nigredine. timidus est.
Cuius oculi in colore. caprinis oculis similes exi-
stunt. stolidus est. Cuius oculi cito mobiles sunt
et acute cernentes. deceptor est et callidus atque
latro. Cuius oculi adeo sunt immobiles ut quasi
lapides sint. callidus est. Cuius vero intuitus mu-
lieris intuitui assimilatur. luxuriosus est et in-
verecundus. Quando autem ita ac si puer esset intuetur.
atque tota eius facies et oculi quasi inde rident. letus
est et diuturna potietur vita. Cum oculi magni
sunt et tremuli. homo piger est et spaciosus.
et amator mulierum. Cuius oculi parvi sunt et tre-
muli ac naris valde est inverecundus et mulierum
amator. Cum oculi intuleris prune assimila-
tur. homo pessimus est et obstinatus. pupilla si est
nigra. pigrum portendit et hebetem. Oculi va-
rii suo colore citrinitatem habentes admixtam quasi
croceo tincti esse videntur. pessimos significant mo-
res. Oculi multi circa pupillam in oculo appa-
rentes. malum significant hominem. Quod si cum hoc
quod oculus est fuerit varius. erit deterius. Oculi si par-
vi fuerint. et foras prominentes ut oculi cancri.
stultitiam significabunt et stoliditatem. et similes
sequentem cupiditates. Cum oculi fuerint parvi et
multum mobiles. palpebre quoque frequenter
palpitantes. hominem significabunt pessimum. Pu-
pille inequalem circuitu marginis apparet si
multitudo. hominem demonstrant invidum et fu-
rem et timidum et pessimum. Oculi qui sunt vacce
oculis similes. amentiam portendunt. Cum pupilla
nigra existens talem habet circuitum circa quem
cerulea apparet. hominem malum. homicidam.
sanguinem fundentem declarant. Oculi sursum

i. pro fistula

i. erecti

i. carboni ignito

i. in circuitu pupille

i. hii arabice dicuntur asun

decentes sic oculi hominis qui et celi nubes sunt
et maximi invenit. hominem pessimum stolidum.
atque stultum et ebriosum significant. Oculi autem me
liores esse dicuntur quorum nigrum et varium me
dium sunt. si autem hic nec multum indigosi sunt. ut nube
de nulla citrinitas appareat. oculi enim isti bona de
monstrant natura. Oculi varii cum citrinitate ui
diantes aut color lapidis ferrum invicem. ho
minem significant malum. preterea homines cum hiis habentes
in oculis maculas rubeas ut sanguineas aut albas.
omnibus hominibus sunt deteriores et magis deceptores.
Qui autem pupillam foras prominentem cum toto oculi
sui latitudine habet. Demens. Cum oculi profun
di fuerint et parvi. callidum et deceptorem et invi
dum indicabunt. Et qui pili palpebrarum curvantur
inferius vel ad unam naturaliter partem tendunt. men
daces significant et callidum et stultum. homo habens ocu
los valde tremulos malus est. Cum oculi fuerint
parvi. homo erit malus et stultus. Oculus non si
fuerint magni. minor erit malicia et stulticia
maior. Cum oculos habet varios vel invidus? ma
lus est et latro. Oculi quorum palpebre cum magis
palpitant frequentia. hominem timorosum et mania
ticum declarant. **Superciliorum significationes**
Qui in supercilius pilorum habet multitudinem. inportunus
est cogitationum. et multe tristitie. atque eius loquela
fetida est et grossa. Cum supercilia longa sunt. arro
gantis est et invictus. Cum supercilia inferius desce
dunt apparente naris. et superius elevantur apte timo
ris. invercundus est et hebes. **Narium significa**
Cuius narium extremitas est subtilis. homo est **tiones.**
cupiens litis. Cum nares magne sunt et eros
se. pauce sapientie homo est. Cum narium extremi
tas longa est et subtilis. festinus est et stultus
atque levis. Cum nares late sunt. luxuriosus est.
Cum narium foramina valde sunt aperta. ira
scibilis est. **Frontis significationes.**
Cuius frons plana est et rugas non habens. litigio
sus est et commoves rixas. Cum frons est rugosa
admodum sine declinans. irascibilis est. Qui parvam
habet frontem. stolidus est. Qui vero magnam habet frontem.
est piger. Cum frons vehementer est rugosa. in
vercundus est. **Signes oris et labiorum et dentium**
Qui magnum habet os. gulosus est et audax. Cum
magna sunt labia. stultus intelligitur et hebes.
Cuius labia non bene sunt coniuncta. egrotativus est. Cuius
dentes debiles sunt et minuti et minimi. totum eius
corpus est debile. Cuius canini longi sunt et rari? gu
losus est et malus. **Signes faciei et forme.**
Cuius facies hominis eius faciei assimilatur.

i. in medio collecta

ebriosus est. [illegible] vero cui assimilatur. irascibilis
est. Cum autem [illegible] fuerit simul verecundus est.
Cuius facies carnosa est. piger est et stultus. Cum ma
xille eius crasse est. grosse est nature. Qui subti
les habet facies. in[illegible] est cogitationum. Cuius facies
verecundus [illegible] est [illegible] existit. Cuius facies i. multum
est proxima. piger est. Cuius facies est valde parva.
malus est et callidus et adulator. Cuius facies est
deformis. mores habet non probos bonos. [illegible]
Cuius facies est longa. invercundus est. Qui tempora
habet inflata. et venas affatim est. irascibilis est.
Cuius aures magne **Signes aurium.**
sunt. stolidus est. et longe vite. **Signes vocis**
Cuius vox est valde grossa et alta. **Annecte et loquele.**
audax est. Cuius loquela est velox. festinus est et parvi
intellectus. Cuius loquela cum quaquam festinantia
velox est. festinus est et irascibilis et malorum morum.
Cuius anelitus longus est. nullus est. Quamvis brevis
vero sive vehementer fuerit est. Cuius vox est asspi
rata est et malum interiore tenet occultatum. Bo
minis vocis [illegible] et pauces condemonstrat sapien
Carnes multe [illegible]. **Signes carnium.**
grossam declarant [illegible] sensus et intellectus. Carnes
vero leves. bonam naturam significant et intelligentiam.
Qui multum ridet [illegible] **Significationes risus.**
benignus et omnibus conveniens. neque protervus aliqui
bus sollicitus est. Qui vero parum ridet. hinc omnes
displicet et ei omnia humanum facta. Cum autem
ridet voce. in[illegible] est. Qui autem cum ridet tus
sitiunt in spirationem difficultate patitur. invere
cundus est et [illegible]. **Signes motuum.**
Cuius motus [illegible] habitudinis. Motus fe
stinus levitatem [illegible]. **Significationes colli**
Qui collum habet curtum callidus est et ingeniosus.
Cuius collum est longum et gracile. stolidus est et garrulus
atque timidus. Qui crassum habet collum. durus ac for
te. iracundus est et festinus. **Signes ventris.**
Costarum fortitudo. et superficies carnium multitudo.
stoliditatem declarat. Corporis subtilitas. vel
tamen significat astutiam. Ventris magnitudo. libidi
nis declarant nimietatem. Costarum gracilitas ac
carnis subtilitas. corporis innuit debilitatem.
Dorsi amplitudo. **Signes dorsi.**
fortitudinem declarant et iracundiam. atque inve
recundiam. Dorsi vero curvitas. mores innuit
maliciam. Equalitas dorsi. bonum est signum.
Spatula subtilis. **Significationes spatularum**
sensus ostendit pravitatem. Spatula lata.
bonum indicant intellectum. capitis spatule ele
vatio valde elongatum [illegible] maliciam significat.

Cum brachia adeo fuerint *Signa brachiorum*
elongata ut manus ad genua attingant, bo-
nitatem anime et arrogantiam ac regnandi de-
signat cupiditatem. Cum brachia multum curta
sunt, hominem timidum et malicie amatorem
significant. *Significationes volarum manuum*
Manus leves et subtiles sapientiam multum et bonum
designat intellectum. Manus valde curte stulti-
tiam significant. Manus grossiles et multum large timidita-
tem declarant atque stultitiam. *Signa ancarum et coxarum*
Pedes in quibus carnis est multitudo *et tenuium atque*
atque ipsi curti, mali intellectus hominem *pedum*
portendunt. Pedes parvi et pulchri hominem fornica-
torem et iocosum innuunt. Cum calcaneus est gracile,
timorem significat. Grossus vero et forte cum fuerit, for-
titudinem indicabit. Cum tibie utrimque ar-
que cum grossa fuerint, hebetem et verecundum demo-
strabunt. Coxe cum extiterint multas habentes carnes,
fortitudinis imbecillitatem atque laxitatem declarant.
Cum coxarum ossa foris prominent, audaciam si-
gnificabunt. Anche quoque ossa cum extra ten-
dunt, fortitudinis demonstrant multitudi-
nem et nobilitatem. Anche graciles mulierem
significant amatorem et eius debilitatem atque timorem.
Cuius passus ample *Passuum significationes*
sunt et tardi, spaciosus est. Cuius passus veloces
sunt et breves, festinus est et in rebus quibuslibet
valde sollicitus, que tamen dispositione convenit.
Audax est cui capilli sunt *Significationes audacis*
fortes et asperi et statura ipsius erecta, ossa quoque
fortia et extrema atque coste nec non iuncture for-
titudinem habentes et magne, venter preterea magnitu-
dine conveniente et magnus ac spatule magne, colli
quoque forte et grossum, in quo carnis non sit multitudo.
Est etiam tempus latum et cor absconditum atque lacerti
quorum pulpis cutis ab initio invicem inferius de-
scendit. Cutis etiam ei et carnes siccitatis sunt ad-
ditoris. Frons quoque ei venas habens et rugas [illegible]
tens, nec est sine pilis. Sunt preterea audacie signa:
carnis equalitas et statura erectio, acuitas [illegible]
et nigror, fortitudo, virtus genitalitatis, et quod ei
nates parve vel oculi [illegible] declive, et quod utrasque
spatulas magnus distinguit spatium, et quod
supercilia sunt erecta et frons non est rugosa; ipse
quoque est valde iracundus et semper inimicos observans, est
et in pectore pilosus et spatulis. *Significationes ti-*
Timidus est cui capilli sunt plani et statura *midi*
curva et musculi corporis inferiores sursum ascen-
dunt. Color citrinus et oculi debiles et frequenter pal-
pitantes. Manus quoque et pedes subtiles et macri.

Contingit vero ei intuitus tristis simul et. *Signa*
Cuius signa sunt que *hominis boni intellectus et bone nature*
carnes sunt leves et molles et pauce, medii inter
grossum existens et macrum, non multum habens in facie
carnes, et ipsi spatule sunt elevate, cuius dorsum car-
nes non habet, et ei color inter rubeum et album est medius et
tener et lucidus atque clarus. Cutis preterea est subtilis.
Capilli etiam non sunt multi et duri nec multum nigri.
Cuius oculi sunt inter varios et nigros medii, sunt
et molles. *Signa corporis bone habitudinis naturam*
Huius signa sunt quod inter longum et curtum consistit
atque macrum, medium invenitur, et est album paucam ha-
bens admixtam rubedinem. Manus quoque et pedes inter
magnos et parvos atque inter multas habentes carnes
et paucas medii existunt. Caput preterea corporis
magnitudini est proportionale, iunctum collo pau-
ca extat grossicies. Capilli quoque ei inter leves
medii et asperos, rubedini parumper vicinantur.
Facies quoque eius rotunda, et nares erecte et pulcre
et in magnitudine equales. Oculi etiam sunt inter nigros et
varios medii, in quibus humiditas existit et clari-
tas. *Significationes hominis philosophi*
Huius signa sunt quod ei statura est erecta. Carnis
quoque tenet equalitatem et albus parum habens ru-
bedinem admixtam. Capilli ei inter multos et pau-
cos et planos et crispos sunt medii et nigros et rube-
os. Manus quoque sunt plane digitos habentes diu-
sos. Frons etiam est magna et oculi inter varios et nigros
sunt medii, molles quoque sunt, et quod ei intuitus
ridentis vel gaudentis simul invenitur. *Signa ho-*
Huius signa sunt vel quod est multum albus *minus quam est*
vel multum brunus vel fuscus. Venter *grossi ne-*
quoque est magnus et digiti curti et facies valde
rotunda atque in maxillis carnis multitudo.
De suis preterea significationibus est quod in collo et
pectoribus et in eo quod est inter ea multa existit car-
nositas. Venter quoque cum rotunditate foris promi-
net, et quod ei spatule sursum sunt elevate et frons
in rotunditate pile similitudinem ac si esset
gibbosa tenet, multas habens carnes. Mandibu-
le etiam eius magne et caput longum. Est etiam longa
facies et collum grossum. *Significationes inverecundi*
Inverecundus est cui oculi multum sunt aperti et
foris prominentes et acute lucentes. Cuius quoque
palpebre grosse. Statura autem ei non multum lon-
ga. Cum vero incedit, pectus parumper antea tendit.
Cuius preterea spatule elevate sunt, mos festinus.
Color vero rubeus, multum habens sanguinem. Facies
rotunda, tempus parumper gibbosum. De suis insuper
significationibus est quod oculi multum aperiunt et sunt

R

acute intuentes · et est in multis loquax · Significa-
Huius signa sunt facies tiones hominis malorum mor-
feda · colorem cum quadam obscuritate rubeum
habens · cutis sicca · toti corporis macies
rugosa facies · ac capillorum nigredo et lenitas ·
Huius signa sunt alterius · Significationes luxuriosi ·
coloris rubedinem habet admixtam · capillorum multi-
tudo · et cervices leniores atque nigredo · preterea
quod super timpora multos habet capillos · et quod ei ocu-
li sunt crassi · Significationes feminee ·
In omnibus animalium generibus femine magis mor-
tuum habent animum · minusque sunt prudentes · et at-
tenti possunt · citiusque irascuntur · et velocius sedantur ·
maioresque sunt calliditatis · Sunt preterea [illegible]
et minus verecunde · caput etiam habent parvum · et faciem et col-
lum subtilia · pectus quoque et spatulas habent angu-
sta atque costas minores · Coxas vero utrinque ha-
bent crassas et nates similiter · Crura insuper earum
gracilia sunt · manus autem et pedes teneres · quod
in omnibus animalium ut predictum est generibus ma-
sculis et timidiores et [illegible] induunt ·
Eunuchus malorum est morum · Significationes eunuchi ·
Est enim stultus · et est cupidus et presumptuosus · Qui a
castratus non fuit · sed sine testiculis natus · vel parvis
simos habens · eunuchus apparet · cui videlicet bar-
ba nunquam nascitur · deterior est · Summa eorum que in
Oportet ut cum iudicare consideratione phisiognomie
volueris · non unam tantum attendas significationem · sed unam
sed inquantum vales ad plures intendas aggregatio-
nem · et si que significationum acciderit contrarietas ·
plurium virtutes et testimonia mentaris · deinde
ad fortiores ipsarum declina · et earum iudicia testi-
monio · et similiter que plures sunt · preterea scire
debes quod faciei significatio et precipue oculorum · om-
nibus aliis significationibus in fortitudine et firmi-
tudine preminent · Completus est tractatus secundus auxi-
lio dei cui gratie sint infinite · Incipit tractatus
tertius · xxv · continens capitula · Sermo aggregatus
est cum auxilio de virtutibus ciborum et medicinarum habet scientia ·
Dulce calidum est licet violente non sit
caliditatis · Cuius caliditatis fortitudo
non apparet nisi cum aliquis eo frequenter
cepe albi lilii teratur · 7 ex eis cum aceto 7 aqua
mixtis fiat emplastrum desuper · 7 ligetur · 7 per tres
manens sic dies non dissoluatur · Quod si aliquibus
mulieribus in mense fieri conuenit · duos petra la
pides de mesen insimul cum aqua 7 aceto fri
cari conuenit · 7 ex eo quod ab eis resoluitur testi
culi ac mamille epithimentur · hec namque eos con
seruat · aut alumen cum oleo roseo teratur · 7
mamille ex eo cotidie inungantur · durabit
enim earum paruitas diu per hec medicamina · aut su
mantur bolus · gallarum · uiridium tritarum ana partes
equales · ex quibus cum melle confectis epithima
fiat · Quod postquam per diem unum sic manserit · cum
aqua lauetur frigida · 7 istud in mense pluribus fiat
uicibus · paruitas enim longo tempore durabit tempore ·
De hiis 7 que testiculos conseruant · ne crescere per
mittunt · Et ut sumant cimolee 7 cerusse
partes equales · ex quibus cum suco iusquiami
7 oleo mirtino confectis epithima fiat · hec enim
nec testiculos crescere nec pilos in femore nasci
u Permittit · De hiis que unguibus accidunt ex fe
Ungues si interi curuati fuerint · ditate ·
per tres dies ex adipe emplastrum super se habere
debent · deinde soluantur · Qui si postquam
ab eis emplastrum solutum fuerit ac separatum ·
molles inueniantur · fricandi erunt donec sint
equales · Et si necesse fuerit · ad hec idem erunt re
deundum donec equales fiant · Quod si in ungui
bus cum partibus que ut in tunica excoriat gib
bositas fuerit · cum aceto 7 astringi 7 sale
7 fece aceti epithima fiat · uel fiat emplastrum
ex squilla 7 oleo sisamino · Ungues autem qui
A finduntur · 7 per tres scissas ex se emittunt hu
tium ex uenientibus colla nigra est conducenda ·
atque corpus humectanda · ungues 7 cum cera
7 oleo ac adipe · 7 medulla mollificandi ·
Pro citrinitate uero que in unguibus accidit ·
epithima ex semine eruce 7 aceto multo
enim est faciendum · Sed si puncta alba in eis ap
paruerint · cum pice humida liquida multociens
epithimandi erunt · Ungues postea qui ualde
turpes sunt cum summo studio 7 labore sunt cu
randi · cum hiis que incurrunt aliquibus superioris ex
tremitatis dixim᷑ · donec molescunt 7 cadant ·
Et postquam hoc factum fuerit · quod nasci inceperit ·
manu nullo modo tangatur · ne aliquid ei acci
dat contrarium · De fissuris faciei 7 labiorum 7
c cutis que est in exteriori parte manus ·
Sumant cera citrina · oleum roseum · ysopi
cerotes · adeps anatis colatur · amilum ·

dragagantum · mucilago seminum citoniorum · 7 ex eis
hoc modo unguentum conficiatur · cera oleum adeps
dissoluantur · quibus alia addantur · 7 in mortario
tam diu moueatur · donec in unum transeat
corpus · 7 fiat ex eis frictio · post quam · s · fricati
onem · patiens balneum ingrediatur · 7 postquam lo
cus fissuris mollificatus fuerit · dragaganti triti in
modum collirii super eum spargatur · 7 deinde lauetur ·
Medicamina ad labiorum fissuras · Si fissure ma
gne fuerint · terantur galle cum melle · 7 fiat ex eis
epithima · uel ex sepibus olei 7 terbentina 7 adi
pe anatis simul mixtis epithima fiat · aut
galle ut collirium trite · terbentine 7 oleo dis
solute amisceantur · 7 fiat ex eis epithima · uel
fiat epithima ex terbentina 7 mastice · 7
ysopo cerotoro · 7 melle · Si autem fissuram habent
labia que cum ab aliquo re tangitur lesionem affert ·
panniculus oui interior ei annectatur · De in
flatione 7 pruritu digitis in autumpno sub
Super digitos in hyeme in mane accidentibus
Aqua salsa calefacta fundenda est · Ipsi quoque
magis in qua sicla cocta fuerit · mittendi sunt · uel
sunt inungendi ex oleo de lenen · uel ex aliis ole
is hiis similibus · Quod si istud magnum fuerit ·
emplastrum ex sale 7 ex ficubus tritis 7 oleo · uel ex
cepis · uel ex uino fiat · De hiis que corpus impinguant
Qui corporis crossitiem adipisci desiderant · cibis
unctuosis ac dulcibus 7 qui multum nutriunt ·
utantur frequenter · sicut est triticum coctum · 7 pultes sor
biles 7 dure · 7 ab acetosis 7 salsis 7 acutis in
presapore cibi · 7 ut appetitus melioretur · omnino ab
stineat · domum tenere quoque 7 quiete in commodis
studiis 7 humidis frequenter utatur · Conuenit postea
post cibum balneari · 7 oleo prius inungi · ac post
ea aquam tepidam super corpus proicere · Est in
ei precipiendum ut ante cibum subtili utendo 7 l'molli
ambulatione · diu moueatur · atque a motu ue
loci abstineat · lectus postea ei sit mollis · 7 ioca
atque gaudia semper coram eo assistant · Et cor
pus in ante cibum donec aliquantulum incipiat ru
bere · fricetur · ac in die bis comedat · 7 post pri
mam comestionem balneum ingrediatur · Vinum
quoque quo utitur · rubeum sit 7 crossum · 7 nouum
ac dulce · Ex genus 7 que impinguant · sunt
triticum · 7 rizi · ac fabe · triticum 7 coctum cum lac
te · nutrimentum generat multum 7 spissum · Jus
postea ex micis panis similaginei sicci 7 fa
rina fabarum · 7 rizi · 7 lac · 7 balsutum qui cum ·i· quod fi[...] [...]
zuccaro comedit · 7 caseus recens · 7 fruct[...]
quorum nuclei tantum comeduntur cum zuccaro ·

ut amigdale · et auellane · et fistici · et lac · et uue
recentes dulces · omnia hec corpus impinguant ·
de his inde que corpus crossum faciunt · sunt carnes
arietina · et galline · et oua assata et iudeb

[margin: cibi de babilonia]

Judeb · i · intet de adurmachysiy qui fundit pingue de pullorum consilio cum assante · et melichè · et frani · et ta phea et panis triguebil et uino semper uti · ac io cis et gaudiis semper as suescere · et flebotho mia

ac uentris solutione multo facere · et non frequenter balneari · nec coire · nec laborare · nec sub sole morari · nec uigilare · famem quoque at que sitim paruam pati · corpus incrossa re facit. Medicamen ad impinguandum
bonum · Semina cucurbitarum excorticata op
time terantur · et cum lacte uaccino conspergantur ·
et fiant exeis trocisci subtiles · ex quibus dile
ctus in mane unam sumant unciam · et trita
cum lacte et zuccaro terebicat · Sorbicium
cule et ex simila · et cicere · et fabis · et rizi et lac
te · et butiro · et extortellis · fiant · et bibant ·
Sorbiciuncula que impinguat · farina rizi
et fabarum · et ciceris ac tortellarum · et amigdale
excorticate sumant · ex quibus sorbiciuncule
cum lacte et zuccaro fiant · et per quinque cotidie
in mane exeis cotidie suscipiant · balneum in
grediatur · aqua cum exierit nutrimento alatur
sibi proprio · Impinguans optimum · amigda
le excorticate · et auellane · et albi papaue
ris semen · et granum unnce · et butirum uacci
num · et zuccarum sumant · omnia uero hec butyro pro uncta
cum zuccaro dissoluto conspergantur · ex quibus in ma
ne et circa noctem aliquid comedat · Suppositori
um impinguatiuum · capud arietinum pingue
et bene mundificatum sumatur · ac bene teratur · cum
media libra caude · et due libre lactis et tri
tici ac rizi · et ciceris uniuscuiusque ana quarta par
tis libre addantur · quibus tantum aque admisce
atur · ut ea cooperiri possint · et sic coquantur
usque ad omnium dissolutionem · et postea ex aqua
colata tres uncie · et pinguedinis due uncie ·
et olei rosati atque olei de nucibus ana ÷ · i · fiat ·
ex quibus in nocte postquam assellauerit suppo
sitorium fiat · quod inuentre tota nocte retento
dormiat · hoc quoque per quinque noctes in mense fiat · quod
et melius erit si plus fiat · de his quoque que corpus
impinguant · ceteres comedere humidas · quod
et squama ferri operatur · et nos in sequentibus in
capitulo de stomacho notabimus hoc · de his que
corpus macrum efficiunt ·

[margin: ·i· fluet gd]

Siquis corpus macrum efficere uoluerit · cibaria
multum nutrientia dimittat · carnes quoque atque
uinum · et lac · nec non omnia dulcia dimittere ne
gligat · plurimum autem in suo nutrimento holerib'
utatur · et maxime comedat salsa · et acuta · et a
cetosa · et largam uentris utatur solutionem · urinam
quoque atque sudorem prouocet · et labore ac multo
motu utatur · et ueloci ante quam comedat · In
balneo et diu moretur · nec statim post balneum
comedat · sed aliquamdiu ante comestionem mo
retur · et non dormiat sic · et disponat se ad come
dendum semel in die · multumque uigilet · Vinum
quoque uetus et subtile bibat · Et ad ultimum re
gimine utatur contrario ei quod predixi · de his que
que corpus macrescere faciunt · Et trifera minore
sepe sumere · et electuaria calida urine prouoca
tiua · sicut diatrion pipereon · et diaciminum atque
post eorum receptionem tamdiu ante quam come
dat moretur · donec appetitus qui irruit sue
tur · reprimatur et extinguatur · famem preterea atque
sitim pati · et in balneo sudare · et medicinas
maciem facientes sumere · et dormire in lecto
duro · et morari sub sole atque in mansionibus calidis ·

[margin: ·i· ieiunus]

Medicamen macrum efficiens corpus · Recipe amcos · se
minis apii · seminis feniculi · rute · cimini
omnium ana partes equales · sansuca sicca · ba
umeh ana quartam unius partis · lacte partes du
as · puluerizentur · et quorum pulueres terebicat co
tidie continens pondus aurei unius · hec enim medi
camen uehementer desiccat corpus · de his quoque que
fortiter desiccant · et sume calcanthum · quod tamen
timorosum est · Medicamen corpus desiccans · Recipe in
fere minoris · ʒ · iii · pulueris pigre · turbit
ana · ʒ · i · sumat medicina hec quaque ebdo
mada semel · de his que sperma augmentant · et in ligna

Electuarium de nucleis fructuum · eius generatur faciunt ·
Recipe amigdalarum · auellanarum · nucum indicarum · pi
nearum enucleatarum · granorum lilkil · granorum
zeilem · granum uiridis omnium partes equales · zin
ziberis piperis longi · seminis pionie ana

[margin: ·i· neirmisch ·]

etiam partis · penith ex zuccaro tantum ex quo
temperari possint · Sumat exeo in mane con
die ad dici magnitudinem · et in sero tantundem ·
Electuarium de seminibus quod auget sperma · Recipe
seminis bauce · seminis naporum · cepaum · ac
mirum · et sparagi · atque seminis alfasfasa · et eru
ce · omnium istorum seminis · pinearum medulle in
terioris · granorum lilkil · granorum zeilem · tu
deri · lingue auis · secacul · beem albi · et rubei ·
satirion · costi dulcis · zinziberis · macropiperis ·

nasturcii omnium ana drachmam .v. et cum melle conficiantur ex quo tritum ʒ pondere cum ʒ .v. lactis statim mulcti et penidiis sumatur. Pulmentum quoque ex eruce et urtica cum cicere fermento accepto faciunt. huius subtilem pulverem cinamomi et galange contineat. Cum quo et predictum electuarium cum vino novo et calido est sumendum. Confectionem calidis calefactis ac corpore humentibus sicca conferens. Recipe lactis vaccini statim mulcti libras .ii. in quo ʒ .ii. cinamomi gariofili ponatur et coquantur usque ad mellis spissitudinem atque condiatur ex eo in ieiunio ʒ .xx. sumatur quam sorbendo. post cuius haustum pisces recentes in vino vel super prunas assatos comedat. Qui et calidi acceptis sunt edendi. atque vinum odoriferum et mediocriter ad aquam. post eos est bibendum.

Unguentum virgam erigens. Sumatur oleum de lilio et ponatur in eo euforbii. piperis. sinapis triti. omnium ana ʒ .i. nuisa secta ps. ʒ .i. et ex hoc unguento renes et dorsum et spondiles et sinum et femura acugra. et omnia que sunt in circuitu ipsius inungantur. Cortex pinee et capri atque anetum in vino coquenda sunt et pannus in eo infusus etiam est mittendus.

Medicamen ex quo virga cito erigitur. eruca cum melle mixta vini aurei potus est ʒ .i. iam ponas hominis antequam coeat edat.

De his que vulvam calefaciunt.

Sumatur cordumeni et ceteri ab invicem terantur. de pulvere cum oleo sambucino tantum mittatur ex quo inspissari possit et mittatur in vulvam. Medicamen conferens ad siccitatem vulve et humectatem. cordumeni et piperis et apii et bdellii in vino coquatur in quo pannus madefiet et vulve subiciatur.

De his que augent delectationem.

Qui hoc assequi desiderat. nonem in coitu. cubebe ieiunus masticet. aut piretrum. aut cum aceto ʒ .i. olei sambucini ʒ .x. commisceatur. et per aliquot dies sic mane permittat. et postea ex hoc unguento virgam inungat. et mulieris cunnum vehementer elevet et super ipsam cunnum suam stringat. Sic enim operando utrique valde delectabitur. Aliud. Recipe piretri zinziberis cinamomi partes equales. hec trita cum aqua in qua prius gummi dissolutum fuit conficiantur. et fiant ex eis trocisci parvi quos in ore teneant. et postquam resoluti fuerint cum saliva coeundum est cum muliere.

De cura eorum qui in fine coitus egrediuntur.

Oportet eos antequam coeant egerere. Ea quoque eis danda sunt que ventrem constringunt. acatie postea atque cimi nieli et thuris ac balaustie et gummi arabici. omnium partes sumantur equales. ex quibus offis dactili similitudine facta. ano in hora coeundi subiciatur. In aliis vero horis oleum de nenufare supponatur et ex eo inungatur.

De his que ex nimio coitu fortis sunt debilitati.

Hi aqua frigida sunt lavandi. et exinde carnis nutriendi. pure vino bene odorifero et claro bibant. barbi ac postea ac fine et totum caput ex eis liniant. quibus redolent. primosque et totum corpus cum odoriferis suffumigent. Quiescant et in lecto iaceant valde molli.

De diminutione spermatis et erectionis virge.

De his que sperma et virge erectionem minuunt. est acetosa et stiptica comedere. ut est acetum et uve acerbe sucus et ribes et his similia. et holera frigida. ut lactuca et portulaca et his similia. De his quoque que erectionem minuunt sunt ea que ventositatis sunt dissolutiva. sicut ruta. agni casti. mentastrum ciminum. et amomum.

Medicamen virge erectionem minuens. Recipe seminis agni casti ʒ .x. foliorum mentastri. rute sicce. cimini. ciperi. balaustie ana ʒ .ii. ex hoc pulvere in mane et circa noctem tribuatur.

Medicamen aliud quando caliditas fuerit causa. Recipe seminis lactuce. seminis portulace ana ʒ .x. psillii. seminis coriandri sicci ana ʒ .iii. balaustie. nenufaris ana ʒ .ii. ex his omnibus simul commixtis ʒ .iii. cum ʒ .i. quarta ʒ .i. camphore per aliquot dies summantur. et cibis utantur stipticis et acetosis.

De his que virginem augmentant.

Multociens in die tamdiu fricanda est donec rubea fiat. ac postea aqua calida super eam fundenda. et ex inde cum cera in oleo violato resoluta epithimanda. aut fricetur et cum lacte omnino inde decies ungatur. aut epithimetur ex columbinis fe testulis desiccantis et cum oleo sambucino tritis. aut frustum vasis in quo remansit pix calefiat. et cum eo fricetur virga. et inmisceatur ei. et donec calidum fuerit. super ipsum teneat. cum autem infrigidatum fuerit. removeatur. hoc in die multotiens est faciendum.

Aliud medicamen. Recipe sulphuris citrini piperis ana partes equales. hec trita cribellentur cum oleo. et ex eis cum melle puro commixtis fiat epithima. quod postquam per horam unam sic manserit. lavetur cum aqua calida. aut sumantur seminis alcori nuclei. et triti trico arcent et cum lacte statim mulcti commisceantur. ex quibus virga antequam mulieri co

commisceatur. fiat cerotum. augmentatur eum. Siquis autem
proiecto regimine frequentius usus fuerit. in natu
ralem transibit magnitudinem. atque sic retina
nebit. De his que vulvam constringunt.
Gallie ʒ. iii. gariofili ʒ. i. musci ʒ. semis pist.
sumantur. et trita omnia in unam vini ÷ mittantur
in quo panni madefacti in vulvam mittantur. A
liud quod corruptam quasi virginem reddit. R. gal
lar. aluminis. squinanti. foliorum lilii. cyperi
ana partes equales. hora magis coquantur. de qua mu
lier in vulvam multociens mittat. Cum autem vulva
mulieris stricta fuerit. atque vir ut coeat ad mul
ierem accesserit. pua ps intestini sanguine
columbe impleat. et vulve ante quam vir
ad eam accedat immittat. postquam enim ad eam
accesserit. et cum ea coire cepit. findetur in
testinum. et sanguis fluere incipiet. De his que
Antimonii. vulve removent humiditatem.
Xcur su mat ur. Aluminis iameni. partes sumantur equales. et
re triturentur. et sic subiciantur. aut salgemma
et alumen trita subiciantur. et lavet mulieris
vulva cum aqua in qua galle et glandium cupu
le. et balaustie cocte fuerint. aut pinearum corti
ces et alumen. et cyperi in vino coquantur in quo pannus
madefactus vulve immittatur. et ibi teneatur. De
Coroumeni his que vulvam calefaciunt.
excorticatum sumatur. et teratur. et plicatur cereo in
oleo sambucino tinctum. donec inspissetur. et
supponatur. De his que ad impregnandum iuvant.
Ad hoc valet ut vir et mulier non coeant nisi post
longum tempus. et ut non sint ebrii. et ut vir
cum muliere ludat tamdiu. donec eam inci
at desiderare coitum. quod in oculis mulieris atque
anhelitu cognosci potest. Et sit coitus post menstru
orum purgationem. Cum postquam cum ea coire
ceperit. ipsi vehementer elevet crura. et sit tunc
mulieris caput inferius mersum. atque vir
aspirationis emissione abstineat. donec sciat
mulierem suum implevisse desiderium. et tunc ipse
semen fundat. mulier vero post diu iaceat. hoc autem
statim post balneum fieri convenit. oportet tamen ut
ante quam hoc fiat. mulier medicinas sibi su
biciat calidas. Pessarium ad impregnandum va
lens. R. sigiam castorei. galbanum oppopo
nacis. carpobalsamum. semen bem. costum. spicam
indicum. bdellium. ex his omnibus tritis. et in vino
commixtis. glandis fiat similitudo que in vulvam
missa per multis noctes antequam coeat quatuor
teneatur horis. De his que impregnati phi
Si mulier post coitum statim habet. et aborsum faciunt.

panum albitrum sibi subiciat. aut cum vir coi
re vult virgam cupro inungat. non fiet impregnatio.
Quod et vite sue similiter operatur. aut pix. si cera
liquido eorum mulier sibi supponat. postquam coi
erit. Mulier quoque si pedes habens aptos post coi
tum fortiter retro salierit. sperma quod continet eici
ciet. Vir autem si coitum prius quam mulier expleve
rit. non impregnabitur mulier. De his autem que abor
tum faciunt. sunt medicine quas in capitulo de
partu facili nominavimus. et pessarium ex alli
trum aut suco rute. vel ex pulpa colloquintide.
vel arthanitha facte. aut succum rute bibere. De
his autem que fetum vehementer expellunt. est cotidie pre
gnanti tribuere ʒ. iii. de semine savine. x.
diebus continuis nisi prius febrem passa fuerit. Que si
acciderit. dimittenda est. Sana vero hoc frequenter
sumat. donec meiat urinam atque sudore semis
hebel odorem sentiat. his preterea omnibus que in capitulo
de menstruorum provocatione ac difficili partu di
ximus utendum est. aut electuarium de asa ei de
tur. Electuarium quod in aborsum faciendo va
lidum existit. R. seminis hebel ʒ. c. mentastri
sicci. foliorum rute ana ʒ. xx. rubee. cerouine
ni. pulegii cervini. ana ʒ. x. hec omnia pul
verizata cum lacte ficuum in modum electuarii
fiant. ex quo in mane et in nocte ad magni
tudinem nucis nabache sumat. De his que adiu
Siquis in potu multo vult ad multum vinum bibere
vult uti vino. oportet ut ea die non multo
repleat cibo. neque dulcia comedat. tortam
aut unctuosam comedat sorbeat. et micas
in vino molles et unctuosas comedat. carnesque
pinguedine admixtam habentem tepidam edat. in
ea die ante comestionem caput laverit. Si sta
tim postquam experrectus fuerit. bibere incipiat
in sero expectandus diei cibo non pinguedine
habens. De his preterea que ad potationem valde ad
iuvant. est cito cum caulibus et cum cinnamomo.
et cum lentibus. post vinum quoque citri aceto
situte. aut ribes. aut citonia. aut granata a
cetosa. vel res acetosas aut salsas sumere ma
xime auxiliatur. Medicamen quod ebrietatem de
tardat. R. caulium nabati semina. cimini.
amigdalas excorticatas. mentastrum. salem. ab
sinthium. rutam siccam. ameos. ex his omnibus
tritis simul ʒ. ii. pondus cum aqua frigida ieiu
no sumat. si ille qui sumere debet calorem non
habet. Qui si calorem patiatur. dimittat. Ad hoc
preterea iuvamentum prestat. ut qui vult bibere amig
dalas salsas. aut lentes salsas. aut olivas

i. hebel

nabacha est magnitudinis cuius est granum nuc.

i. caule imperiali

sale conditas · aut cappares comedat · De hiis que

Mandragore · ebrietatem festinant et evenire faciunt ·

opii · seminis iusquiami nigri · omnium ana ʒ · i · sumatur · nucis muscate ʒ · ss · gallie xiloaloes ana ʒ · tertia pars · ex hiis omnibus tritis tenuissimis informentur · Quorum unum cum vino dissolutus fuerit · vehementer inebriabit · De hiis que que inebriant · est ut iusquiamum nigrum · et cortices mandragore · in aqua donec rubea fiat coquantur · que postea vino commisceri debet · Convenientissimum aliud levius primo · aqua in qua seilem coquitur suaviter et cum vino misceatur · vel aqua in qua usnee · aut res mucilagine huius madefacta fuerit · det · aut vinum in quo xiloaloes madefactum fuerit tribuatur · Condictum aliud quod valde est forte · Recipe mirice si gie · opii · iusquiami omnium ana sextam partem ʒ · i · gallie · gariofili · ana tertiam ʒ · i · Hec trita cum vino mixta tribuantur ·

Seilen herba est que in triticeo nascitur cum est tempus pluviosum · huius minutissimum est semen · et liuidum vel margaritum ·

De hiis que ebrium alleviant et cito liberant ·

Aqua et acetum multotiens danda sunt ei · aut aqua mixta cum lacte multum acetoso · vel cum sero acetoso tribuenda sunt · Acetum quoque et oleum roseum super caput sunt fundenda · atque camfora et aqua rosata naribus applicanda sunt · ut eas odoret · Insuper quoque si aliqua pars vini remanserit · ut ipsum evomat cogendus · Deinde postea ei atque pedes in aqua frigida sunt mittendi · et cum sale fricandi · ac bucelle panis in suco uve acerbe infuse · sunt tribuende cum lentibus coctis · caules et cocti atque cana uit · sunt danda ei ·

De cautione crapule ·

Oportet crapulatum diu dormire · ac postquam evigilaverit · balneum ingredi · ubi in loco sedeat temperato · Et postquam super ipsius caput aque tepide multitudo fusa fuerit · exeat · et pullum cum suco uve acerbe · nec non chatis et hysilem · atque hiis similia comedat · Deinde alia vice dormiat · Quod si capitis habuerit dolorem · caput ex aceto cum oleo roseo mixto infundat · Et sint acetum et oleum roseum super nucham infrigidata · Quibus ita gestis · iterum dormiat · Si autem post hec crapule sanitas tardaverit · parum vini cum multa aqua bibat · De hiis que crapulam removent · Sunt multis loqui · et longum suavius incedere via · et oleum violatum · ac flores salicis · nec non rosas · et camforam · et aquam rosatam olfaciat · atque aqua tepida corpus infundere · Aliud seminis portulace · seminis cauli · berberis mundati · acius gummi · sumach · lenticule excorticate · rosarum · spodii · ana ʒ · x · sumantur ex quibus ʒ · iii · cum sextario ʒ · i · de camfora · et cum ℥ · i · acetositatis citri decocte ad spissitudinem · aut cum suco mali granati acetosi · vel cum ribes · sunt potanda · Aliud de semine coriandri sicci trito mixto cum zuccaro albo eiusdem quantitatis cuius ipsum est · quantum potest tribus trahiciat vicibus · Robub autem que ad crapule valent remotionem · sunt rob de suco uve acerbe · et rob de acetositate citri · et rob de ribes · Aliud · aqua in qua sumach · et tamarindi · atque pruna fuerint infusa · sumatur · et cum suco acetositatis citri eiusdem quantitatis misceantur · quibus tantum zuccari quantum totum est misceatur addatur · Que omnia usque ad spissitudinem sunt coquenda · ex quibus postea quod sorbendo dandum est sumendum ·

Expletus est tractatus quintus cum dei misericordia · Tractatus sextus ii de regimine peregrinantium incipit · De cautela caliditatis et succursu nocumenti ex ipsa provenientis ·

Oportet ut qui in magne caliditatis tempore iter agit · cibo non sit repletus · nec sit ebrius · neque etiam cum hominum biberit · non tamen sit ieiunus · neque cibo vel vino omnino vacuus · nisi fastidium patiatur · Quod si passus fuerit · omnino ab itinere abstinere melius est · atque quiescere · et tam diu dormire · donec fastidium removeatur · Quod si non fuerit fastidiosus · immo appetit in ipso aliquantulum ingruerit · mediocriter cibo reficiatur · qui tamen paratum attineat · Cibaria non quibus utatur · frigida sint · atque extinguentia · nec non sitim reprimentia · ut sunt alkacanis · et alhasilem · et uve acerbe sucus · et acetum cum oleo · et hiis et hiis similia · de hiis que sunt frigida · Quod si in illo modo comedere desideraverit · caloremque superfluum · atque sitim senserit · triticum fractum cum multa aqua coctum · cum zuccaro et aqua frigida bibat · post cuius haustum non statim eat · sed parum moretur · et precipue si multum aque biberit · Si enim statim motus fuerit · cibus in stomacho existens · de uno latere ad alterum transiens · stomachum inflat · ac male digeritur · Si autem ipsum iter necessitas coegerit · parum bibat · et in aqua in aliquo in fortem mittat · omnia que membra sua a sole

inqua

·R· semen·

custodiat. et precipue caput. et quam maxime
si diu ambulare desideraverit. diu etiam cum
fortis fuerit calor incedere. et ieiunare corpori
bus macris plus. crassis vero minus nocet. Que
dam tamen crassa reperiuntur corpora. quibus pon
dera conferunt. Nos autem iam diximus in hoc nostro
libro non esse intentionem nostram omnia ista dis
tinguere ac determinare. Oportet enim nos
hanc profundius intrare doctrinam. Unde ea que
sepius accidere solent. ostendamus. Usus preter
ea in hiis magnam continet partem. Corpora namque
calorem aut laborem vel famem sive alia con
sueta ferre assueta. in hiis fortiora atque
magis tollerantia inveniuntur. et quibus et mi
nus leduntur quam ea que hiis assueta non sunt.
Postquam autem is qui iter agere incipit. suum per
fecerit iter. aliquantulum prius quiescat. et deinde
in aqua tepida et dulci balneari debet. post
que sumet ac cibaria infrigidantia et humectan
tia comedet. et in loco ventis exposito ei dor
mire utile ei existit. coitum et pretermittat. capi
tis autem dolorem si senserit. cum aqua rosata
et rob et oleo ac aceto curetur. atque balneo aque
sepius utatur. Cibaria et omnia quibus utitur fri
giditati et humiditati maxime attineant.
Oleum preterea violatum atque de cucurbite semi
nibus. aut de floribus salicis factum olfaciat.
Si autem nichil mali senserit. suum peragit iter.
Quod si egritudo ei acciderit. abstinere tamdiu
suspendatur. donec quod accidit sublatum creda
tur. Si autem morari non potest. paulatim ince
dat se quam maxime a sole custodiendo. an
tequam incedere incipiat. ea que vehementer extinguunt
bibat. sicut ordeum frictum et coctum mixtum cum
zuccaro et aqua rosata ac mucillagine psil
lii. aut iulep cum aqua ordei. Cum autem qui
everit. cibo et fructibus infrigidantibus et lacte
si nondum eum febris invaserit. utatur. Quod
si lesus fuerit. nec lac nec butirum. nec aliquod ex la
cte factum attingere presumat. nisi multum ace
tosum fuerit. lac enim acetosum. et serum sim
plex. et masal. huic non nocent dispositioni. febri
si permanserit. maiori in ea indigebimus ser
mone quam ille quem in hoc libro explicare vo
lumus. Est enim in hiis necessarius medicus in
talibus usitatus qui eum regat. nos quoque de febri
um curis. quantum huic nostro pertinet libro. in suo
si deus voluerit dicemus loco. De custodia
dierum canicularium et earum nocumenti ab eis preservatione.
Cum in diebus canicularibus aliquis incedere cogitur.

mediocris cibis refecta ex re unctuosa debet.
post quorum acceptionem a potu multe aque ab
stinere debet. Caput quoque ac faciem panno
lineo subtili cooperiat quem frequenter ferat.
Quod si ipsum aliquo modo molestaverit. faciem
a solis obviatione vel venti avertat. atque
in aliam declinet partem si potuerit. aut quantum
plus potest. eis se occultet. Os quoque aqua
semper colluat quam non trahiciat nisi cum fu
erit frigida. Calor autem si multum ei nocuerit.
caput semper sub pannis teneat. oleumque
de cucurbitis. aut de dulcibus amigdalis
semper odoret. et ex eo parum trahiciat. postquam
atque ventrem ante inunctionem ceptionem ex
psillii mucillagine. aut ex succo portulace
cum oleo de cucurbitis et albumine ovi mix
tis epithimet. Ramos et portulace si semper
sugerit. remediabitur. et quam maxime si ex
eis cum lacte valde acetoso et butiro coctis
antequam eat comederit. Quod si lac aceto
sum invenire non potest. masal cum buti
ro utatur. hic enim a diebus canicularium remo
vet nocumentum atque sitim. Et si quis ante
quam iter incipiat de oleo cucurbitarum ma
gnam sumpserit quantitatem. canicularium
ab eo removebit nocumentum. dicitur et quod ipsorum
in multimo nocumentum removet. Et ut cepe
incise in lacte acetoso per diem unam vel plus
iacere permittunt. de quibus antequam ince
dat comedat. postquam et acceptionem de lac
te illo bibat. Cum postquam quieverit. non
statim aquam bibat. sed ea os semper collu
at. et ex frigida parum trahiciat. post hec autem
de hiis que infrigidant quantum voluerit edat.
post quorum comestionem paulatim aque bibat.
hoc enim regimine si quis usus fuerit. a siti pre
servabitur perniciosa si deus voluerit. De siti se
datione et nocumenti ipsius remotione.
Oportet quemlibet sitim timentem minuere a cibi
saturitate antequam eat abstinere. ex holeribus
tamen infrigidantibus ac frigidis et acetosis parum
comedat. aut ex sanich cum zuccaro. et multa
aqua frigidissima bibat. A cibis vero salsis vel
dulcibus vel acutis comestione abstineat. Et pro
pter a piscibus tam recentibus quam salsis. atque
salimuria conditis. et omnino ab omnibus eorum spe
ciebus. Ipsi enim sitis sunt effectivi. et exigua
iunch. et genera lactis que salita vel acetosa
salimuria conduntur dimittat. et capparis pro
pter et olivas. quoniam sunt siti facientes. Cepe vero

[Left margin notes:] ·i· iulep. / ·i· lac acetosum coagulatum sine sale

[Right margin notes:] ·i· lac acetosum cum farina ordei. / his / ut sinapi vel nasturcium. / ·i· sulata.

in aceto misse et que eis assimilantur sitim sedant.
Ipsum autem observare oportet ne velociter incedat sed
suaviter et cum mora tamen. Velox enim incessus
hominem frequenter anelare ac vehementer facit.
Quod si in sitis provocatione cibus defuerit existit a
multa etiam et prolixa locutione abstinere debet. multa
enim locutio sitim creat. Si autem ipsum loqui
necesse fuerit. summissa voce quanto plus possibile
est loquatur. clamor enim calorem ac sitim mul-
tum afferre consuevit. De his preterea que sitim se-
dant et diu removent sunt lac valde acetosum
et portulacea. ac lactuca. et portulaca. et cucur-
bita. et citruli. et melones non dulces. ac pira
valde humorosa et parum stiptica. non multum
dulcia. poma quoque ac mala granata. et que de
fructibus acetosis sunt eis similia. et acetosi-
tas citri atque uve acerbe succus. et ribes et pru-
na. Si quis enim antequam eat hec comederit. non
sitim patietur. De his quoque que more tenta
in hora eundi temperiem adducunt in sitis
ablatione. sunt pira sicca acetosa. cum
unum post unum sumitur. et tamarindi. et granata
acetosa gumma. aut ex mastici assione parum
sumere. et in ore donec dissolvatur tenere. In hoc
tamen confert reubarbarum. et sumach. et his similia. hu-
ic autem licet parum confert frustrum cristalli in
ore tenere. et sandaracham. aut argenteum merum et
tersum. labia preterea for-
titer stringere. atque aerem
nullo modo per os attrahere
confert. si quam maxime
poterit hec agere studuerit. Aliquid quoque de
rebus frigidis odorem reddentibus una hora
post aliam horam odoret. atque olea infrondan-
tia olfaciat. Ventri quoque ex herbis frigidis em-
plastrum supponat. aut ipsum ex epithimatibus
que in meniaculanibus nominata sunt epithimet.
Quod si aque bibitur paucitatem acetum ei commisce-
at. propter enim quantitatis eius tunc supplenda vehementem
sitim sedabit. Ea quoque que sitim extinguunt
edat. et ea que ipsum afferunt derelinquat. Tro-
cisci qui calorem extinguunt et sitim sedant et
bibitique acutis ignitis in ultimo conferunt
si voluerit de eis ex quibus antequam eat. et etiam in
hora eundi aliquid teneat in ore. Ipsi enim et
sitim removent et ardorem extinguunt. Recipe ci-
truli. cucurbite. seminum excorticatorum partes
equales. seminis lactuce. seminis portulace
cuiusque ana partem mediam. succi liquiritie puri quantum

Sandaraca est id quod fit
de veneris quod a scoriis que
ponuntur iacobo pro
quam exterior cortex
fricando applicatur fiunt
et simulat margaritam.

unius partis. tere omnia. et cum succo portula-
ce. aut psillii mucillagine conficiantur. ex quibus
trocisci parvi ad lupinorum similitudinem in for-
mentur. ex quibus dum incedit unum post unum in
ore teneat. quem non masticet. sed sinat donec
paulatim dissolvatur. et quod ex eo dissolvitur
transglutiat. Ante vero quam eat. vel cum pedes fri-
gidum sedare voluerit. pondus .ʒ. iii. ex eis
bibat cum aqua aliis fructibus acetosis quos nominavimus.
Si autem in pectore aliquid fuerit asperitatis. ipsos cum
iulep vel cum sirupo violato bibat. Hii preterea
trocisci ardori urine multum conferunt.
Cum autem aliquis in itinere sitim patitur vehementem
oportet ne statim aqua satietur. cum eam invenerit.
sed os ex ea longo colluat spatio. et ex ea parum
per transglutiat. in aqua etiam suas mittat extremi-
tates. faciemque suam ex ea lavet. atque etiam si
voluerit ingrediatur. nec ex ea bibat nisi parum
de aqua et minus quam poterit paulatim sorbendo
una vice post aliam sumat. Post hec autem ex cibis
quos nominavimus comedat. et paulatim in spa-
tio cum augmento ex aqua sumat. de qua tamen non
satietur. Et quanto plus sitim imminutam esse
senserit. potum si voluerit augmentet donec sa-
tietur. Cum hoc enim regimine a siti periculosa
atque a malis accidentibus ipsam comitantibus preser-
vari poterunt. De regimine eorum quos in tempore frigidissi-
mo et per multam nivem incedere oportet.

Quemadmodum ex longo itinere in tempore multi ca-
loris siccitas corporis et ptisis. ac dolor capi-
tis nec non febres et his similia accidunt. ita ex
itinere multe frigiditatis in tempore alie eveniunt
egritudines. Ex quibus sunt congelatio et fames
et sincopis atque apoplexia
et stupor. ac exsolutio. et
elanzegi. et extremitatum
putrefactio. et horum similia.
Hee tamen egritudines in cor-
pore accidunt qui adeo
naturaliter dispositi sunt.
sicut illi forsitan quorum com-
plexiones his repugnant e-
gritudinibus atque quorum
corpora frigori vehementi
exponi consueta sunt. huius-
modi non accidunt egritudines nisi raro. et
cum eo fuerit vehementissima. Nos quoque illo-
rum dicemus simile ei quod in precedentibus diximus.
Dicemus ergo quod si quem invehementias frigoris

Congelatio est quando cor-
pus fit rigidum ut lignum.
Elanzegi i. quando ali-
quis corpus in spetu
ore vine recto. vel
cum loquitur movet
ipsum autem facit cir-
cuitum ore quando loquitur
et semper perficit idem
verbum. nec scit quod
dicit. vel cum aliquis
loquitur sonum facit in
recedet vel aliquid fin-
at quod extinguendum inde.

i. aqua que super lac acetosum elevatur. non

i. ventre.

s. frigoris

tempore incederet oportuit. cibis prius repleri at
que vinum magnam quantitatem bibere debet. post
quorum acceptionem abstinere aliquantisper abstine
at donec cibus calefiat. et modico quod in corpore
factum fuit sedeat. Cibaria autem quibus utitur
actualiter ac potentialiter simul calida sint.
Quod si frigus fortissimum fuit atque ipsum statim
post comestionem iter incipere necesse fuit. vinum pu
rum tepefactum bibat. aut vinum cui tantum
aque calide admixtum est ut exinde tepefieri possit.
Vinum vero sit forte et subtile. si proprietatem calidi
et acetositate. forte et forte subtili cooperiat
panno. et precipue si sive faciei contrarius perflave
rit ventus frigidus. ab his autem ille precipue
custodiendus est qui in pectore asperitatem sentit
vel tussim patitur. vel cuius pulmo aut pectus
debile est. Hic enim si aerem attraxerit frigidum.
ad tussim vel ad sanguinem spuendum ve
locius perveniet. Exeuntes vero que in tempore vehe
mentis frigoris ante incessum sumunt. sunt
cibaria cum nucibus et alliis facta et cepis et
butiro. Et allius quidem et nucibus vehementer
pertinendi ad hec inter convenientis. Totum namque ca
lefaciunt corpus. caloremque adeo augmentant in
natum. donec per totum diffundatur corpus. et est mul
tipliciter in extremitatibus nervorum in corporis me
dietate. Asa quoque similiter operatur. si una ʒ
i. ex ea cum forti vini libra i. vel cum idromel
le sumpta fuerit. piper inde si ex eo in cibo mul
tum ponatur. vel cum ydromelle bibatur. eidem est
iuvamenti. Cepe preterea crude atque porri. et ca
stanea alba in qua multum ponitur de tingue
bil. ad idem conferunt. Hic autem non statim post in
ventis perfectionem. et commissionem eius ad ignem
se calefaciet. nec balneum ingredi nec dormire
debet. Sed per horam unam locum calidum in quo sit
ignis a longe attineat. deinde vero igni semper in
gradus paulatim appropinquare incipiat ordinem
observando. post hoc autem si in itinere magnum te
tigit eum frigus. balneum ingrediatur. in quo
diu moram non faciet. Quod si balneum invenire
non poterit. in domo igne calefacta moram
faciet. donec corpus ipsius rubere incipiat. de
inde in molli lecto diu dormiat. possibile est
est enim ut qui hoc usus fuerit regimine. a fere
preservet si placuerit deo. De curatione eorum quibus
quibus ex frigore congelatio accidit.
Cui congelatio ex frigore accidit. de quo nondum
sit desperandum. preparandus est ei locus igne ca
lefactus quo ventus non sit expositus. in quo cum
fuerit fortis et velociter calidissimis fricandus est
manibus. Quod ideo fieri convenit ut totum corpus si
mul calefiat capite excepto. quod calefactis
pannis calefieri oportet. Cum autem totum corpus
fricatum fuerit. homines corpora calida et lenia
habentes. cum eo in lecto iacere debent. quorum corpora
ipsius corpus tangere. et quam maxime ventrem et dor
sum atque pectus convenit. cui post hoc panni asse et
mittere. atque piper cum vino forti nec non aque
citrius dari debet. postquam autem ei anhelitus ali
quantulum redditus fuerit. ex tritico alba nutriatur.
vinum quoque non in magna quantitate ei tribu
atur. lectusque mollis ei preparetur. in quo multis
cooperiatur pannis. et ut diu dormiat precipiatur.
postquam autem expergefactus fuerit. et convalescere in
ceperit. balneum ingrediatur calidum. in quo lon
gam faciens moram. multum fricetur. et oleo
liliaceo vel narcissino. vel cum costus et casto
reum ac musco et euforbium admixta fuerint
inungatur. De sincopi ex fame et cura eius.
Aliquando iter agentibus in tempore vehementis
frigoris. fames accidit valida. deinde vero
non movetur ut sedetur fames illa. et supervenit
eis sincopis et extasis vehemens. qui frequentius
se moriuntur inde. Cum hec igitur fames incepit.
velociter et subito sunt cibandi ex pane in vino
forti madefacto. vinis quoque assiccarum vine
tuosarum ut sorbeant. eis est dandum. in vino quoque
forti calefacto in quo piper sit positum pipis
sunt potandi. Qui si cibati vero fuerint.
ni prius eos invaserit sincopis. aqua rosa
ta sunt irrorandi. naresque ipsorum ex musco
et calamo aromatico sunt insufflande. la
bia quoque atque gingiones ex galgallia un
gi debent. Os preterea stomachi ac extremitates
tam diu fortiter sunt fricandi. donec rubere
incipiant. deinde vero extrema ita ligandi
ut sunt constringenda ut doleant. postquam
autem a predicta evaserint sincopi. ut predixi
mus sunt regendi. Si vero non evaserint. vi
num et aqua citius porrigitur sunt irrigandi.
Quod manibus diu sunt fricandi. et aqua ro
sata irrorandi. atque vociferando vel manibus
tangendo excitandi. Quod si extasim pas
si fuerint ex hoc. prohibe illos adeo quanto
plus possibile fuerit. ita ut manus atque
pedes ita liges ut doleant. et da eis ad sor
bendum ponendo in ore eorum una
post aliam. et move eos. et vociferatur super
eos. Vinum preterea cum pipere calefactum eis ad

vel fuit

ad bibendum tribuendum est. Et si tritus de sagzenea ... aut de lacte coacta facto decandum est. Quos post hec igni applicabis. corporaque eorum cum oleo de costo aut oleo de euforbio inunges. De custodia extremitatum et curatione succurrimus ei que incepit corrumpi. et cum curatione que iam corrupta est.

Pedum digiti prius manibus absque ullo liquore vehementer sunt fricandi. deinceps vero ex oleo veteri inungendo fricatio facienda est. post quam pannis cooperiendi inter ipsos ac sub ipsis et super ipsos interponendo pannos. Sub pectine et toto ac super ipsum lana mollis mittenda. deinde vero caligis subtilibus et mollibus calceandi. Quod si frigidis sotularibus se calceaverit. summo opere cavere debet ne sotulares madefiant. aut ex aliquo itinere sibi accidente madefiant humectentur. De his quoque quibus extremitates fuerint nocumentum ex frigore adveniens repellunt. sunt olea calida sicut sambucinum. et anetinum. et oleum de ben. et liliacum. atque laurinum. alkitram non vehementer in hoc operatur quam supradictorum aliquod. Ipsum enim non solum frigus extremitates corrumpere non sinit. verum etiam ne id quod cepit corrumpi putrefiat prohibet. Viator preterea si bibere cavere debet ne sitim pati mittatur. aut frigus ex quo extrema ledantur. Fortassis enim ex hoc velocius corrumpentur. Huius autem signum est quod frigus quod ei nocebat iam alleviari sentitur. licet eorum optimum non sit mutatum neque augmentatum. neque ab acre frigus sit remotum. Hoc enim tunc non evenit nisi ex sensus diminutione. Verum oportet ut cum frigus nocere ceperit. pedum optimum statim mutetur. multotiensque in eis fiat fricatio. per quam opilentur ac incessu moveantur. Nichil enim est deterius ad velocius afferendum nocumentum frigoris quam ut pedes sint suspensi. Si autem contingerit eos aparere eorumque sensus minui. adhuc curari poterunt. nisi lividi aut nigri fiant. si in aqua mittantur in qua tritica palea cocta fuerit. aut in qua napi vel caulis bullierint. aut anetum aut camomilla. aut sticados arabice. aut sisimber. aut sansuci. aut mellilotum. sive lini semen. aut fenugrecum. unumquodque separatim aut omnia simul. Et si cum aliquo ex oleis que nominavimus. et iuxta ignem. et sepe fricata fuerint. Virides autem vel nigri si fiant. ne

locus sunt scalpellandi. et adeo profunde ut ad carnem perveniatur. et sanguis ab eis fluere permittatur donec per se restringatur. Ipsi quoque interim tamquam stent calida. quod ideo fit ne in eorum venas aut in vulneribus sanguis congeletur. et exitum prohibeat. Postquam autem sanguis restrictus fuerit. vel minuitur fluxus. epithima ex bolo armeno in aqua et pauco aceto dissoluto supponendum est. et ibi per diem unum et noctem dimittendum. deinde ex vino tepefacto aut ex aqua et aceto lavandum. post hec quoque similiter bis aut ter epithimandum. et ad ultimum predicto epithimate tamdiu utendum. donec loci denigratio videatur iam esse facta dum et tetetra. Quod si autem scalpellationem ad hoc perventum fuerit ut locorum solvatur divinitas. et malum reddat odorem. atque in putredinem versa fuerit. scalpellatio iam tunc nullo modo proficiet. nam necesse est omnia que sunt in illis locis incidere. Quapropter auxilium incidendi prebendum est. Quod velocius fieri convenit. ne usque ad carnem sanam illi loco vicinam lesio perveniat. Multi tamen medici minus astuti a predictis locis cutem removent. et quod in eis putrefactum est cum ferro auferunt. licet non ibi magna reperiatur acuitas. sed sit locus tenuis. Quapropter multotiens nervos et cordas multum timorosos talium operandi contribuunt et distendunt. et incidunt. unde fiunt malas graviores egritudines. Caro namque putrida cum ferro ambitu removenda non est. immo emplastrum ex foliis sicle aut caulis coctis. et calido butiro admixtis et in modum panis confectis fieri convenit. et calidum supponendum est. Quod in die multotiens erit mutandum. postquam autem quod putridum erat ab eo ceciderit. et nigredo vel lividitas nullo modo remanserit. considerandum erit an putrefactio os ingressa sit vel non. Que si ipsum ingressa non fuerit. ex his que carnem creant locus erit medicandus. Sin autem ipsa os ingressa fuerit. tunc erit necesse aut ipsum incidere. aut aliquam eius partem serrando auferre. aut totum os a iunctura removere. Sermo autem de hoc est egrediens ab intentione nostri tractatus. quoniam est pertinens illud quod ille facere potest qui non est huius artis indigens mediocriter sciente pro.

Quoniam est pertinens etc. i. iste sermo est ultra illud quod potest facere ille qui non est medicus. qui ipse non potest facere illud quod hic dicitur. immo ad illos quibus hoc officium est necessarius medicus peritus et prius.

oportet ut ... ad eos scalpellandos festinare

De oculo cum gelatur et pre nimia nivis albedine videre non potest.

[Q]ui hanc egritudinem sustinet · palpebre pallescat oculus accidente · nigris vestiatur indumentis · atque cum panno cooperiat nigro · oculis quoque similiter pannum supponat nigrum · Quod si id fieri convenit ut pannum oculus semper intueatur · aut in manu pannum teneat nigrum quem sepe aspiciat · omnes quoque eum ipsum incedentes · magis sint operti vestimentis · de his preterea que ad hoc multimo ostenduntur · est super oculos ligare rem qua parthi in suis uti consueverint iuvenibus · q. s. ex pilis texitur nigris · qui de caudis animalium evelluntur ·

De ardore et dolore qui oculo a vehementia frigoris et venti accidunt ·

[Q]uandoque in hac dispositione oculo accidit ardor et dolor fortis · ac motionis palpebrarum difficultas et ipsarum grossitudo · Unde oculus fortassis fit rubeus · et fortasse obtalmia fortis et mala excitatur exinde · Quapropter summo opere ab his erit cavendum · Unde oculus quantum plus possibile fuerit · erit operiendus et circa ipsum pannus subtilis involvendus · ut ex eo nichil sit discoopertum nisi quod est valde necessarium · sit tamen preterea abundanti oppositione quanto plus poterit · removeat · Quod

.i. cum

et si super oculum aliquid ligaverit in quo dum pupilla sit foramen · magnum sentiet remedium · Si autem adeo magnum fuerit ut totum circumdet faciem · erit melius et maioris utilitatis · Vinum quoque bibere · hoc removet in-

.i. embrocatur

malum semper · Vaporare autem oculos omnibus horis in hac dispositione · magnus est error · Oculus namque est ex embrocatione calefit · impedimentum afligere magis ultimum erit · oculo autem si quandoque acciderit hoc quod diximus · confert ut vaporem aque in qua frumenti palea bullierit in facie recipiat · aut faciem super sansuci cocti vaporem · aut aneti · aut camomille · unicuique separatim · aut omnium simul ponat · de his quoque que ad predicta valent valde · est ut lapides donec rubei fiant ignitantur · et in vinum vetus mittantur · et novum est magis ultimum · aut vinum super lapides ignitos · super cuius vaporem facies erit tenenda · Sternutatio quoque ad hoc remedium affert · Rubor autem si oculo acciderit · properandum est ut de vena cephalica velociter sanguis minuatur · post hec autem insequenti die balneum ingrediatur · cum ad comedendum aliquid erit tribuendum · et vinum forte et purum ad potandum dandum · post quorum acceptionem diu erit dormiendum · Quod si aliquid remanserit · iterum vero embrocetur plus et magis ultimum quam fecit · et reliquum regimine plus est exceptum sola flebotomia · erit utendum · Venter quoque fortiter erit solvendus · omnis eius

De curatione laboris et lassitudinis ·

[S]i fortis labor ac fatigatio acciderint · cum ad domum pervenerit · per horam unam quiescat · deinde balneum ingrediatur · Si autem balneum non invenerit · aquam calidam hora una ingrediatur · quod et faciat donec cutis lenis fiat et rubea · cuius totum corpus post hoc leniter fricetur · et ungatur cum pollice cum comedendo palpent · postque si hyemps fuerit · ex oleo in quo anetum fuit coctum · aut camomilla · inungendus erit · et precipue ipse iuncture · Estas vero si fuerit · cum oleo violato idem fiat · deinde vero quiescat et dormiat diu · lectique augmentet molliciem · et plumam super se ponat optimam · cum autem a sompno expergefactus fuerit · ad suam redeat fricationem · et ad balneandi usum atque ungendi · deinde ad suum redeat usum ·

De aptatione corporis ad iter agendum · et regimine cibi in itineribus ·

[Q]ui longum vult peragere iter · ante ipsius inceptionem flebothomari · ac medicinam ventris solutivam sumere debet · et precipue si longum fuerit tempus ex quo neutrum eorum peregit · Cum enim iter agere corpore non mundificato voluerit · vix febres evadere poterit · Quod si eas aliquando evaserit · quia eius corpus dissolutum est atque cutis rara · tamen evadet exitum nec pustulas · neque alias apostematum species · nec ceterum · ei quod considerandum est ut consuetudinem suam in eam transmutet consuetudinem · qua in itinere eum uti oportet scilicet aut in sompno aut in motu · Si enim in itinere ipsum vigilare necesse fuerit · ante itineris inceptionem ut vigilet uti debet · Similiter comestionis horam ad horam in qua in itinere se posse quiescere sciverit · permutare debet · exercitio quoque atque motui · plus solito uti convenit · et ita ut absque balnei usu esse possit · Cum autem iter inceperit · de medicinis quibus uti consueverint · secum deferre debet · Usum autem cibi quem in itinere habuerit · dimittat · aut ex eis quibus vesci solitus erit · nullo modo comedat · Quod cibi multi nutrimenti et pauce quantitatis utatur · tamen antequam hospitetur et quiescat · comedat · Si autem comestione multum indiguerit · licet parum sumat · non tamen totum cibum sibi necessarium · nec totum potum nisi postquam quieverit · accipere presumat · holera vero precipue

atque finietur nullo modo incipiat. Hoc enim ventre absque magno repletus nutrimento, et in corpore humores crudos generant et malos. Si autem in tempore calido eis indiguerit, comedat ex eis sicut iam constitutum. Quod si in nocte necesse fuerit ipsum incedere, non erit ei cenandum, sed sue comestionis integritatem usque in tempus in quo se diu posse quiescere sciverit intermittat. A fastidio quoque atque motu ventre pleno abstinere debet. Hec namque apostemata generant et exituras. Balneo quoque uti cum poterit conveniet.

·oio·

De hiis que nocumenta ex aquarum diversitatibus provenientia, et earum malicias cum possibile fuerit removent.

De hiis que nocumentum ex aquarum diversitate removent. Est ut non simplices bibant, sed ut cuiuslibet mansionis aqua cum aqua precedentis temperet mansionis ipsam ei admiscendo. Ad hoc quoque valet aquas diversas vino aut aceto mixtas quas secum deferunt bibere. Impedimentum preterea diversitatis aquarum removet cepas aut allia aut lactucas cum aceto comedere. Viatori vero ad hoc offert lutum sue terre secum deferre, de quo cum convenerit parum accipiat et cum aqua misceat, quam sic dimittat donec lutum descendat et aqua clarificetur, ex qua postea bibat. Aque autem male in quibus manifeste cognoscuntur qualitates temperari debent sicut diximus. Aqua grossa et turbulenta clarificanda est ipsam multotiens de uno vase in aliud mutando. Quod si fieri non potest, per colatorium quod ex fictilina terra madefacta sit coopertum coletur. De hiis est que aquam colant est ut bulliat prius et postea infrigidetur et coletur. Ex hiis est quod ipsam colant est ut in ipsam parum aluminis iameni proiciatur. Hoc enim eam cito clarificat atque colat. Salsa autem si fuerit aqua, cum aceto erit bibenda, et xilocaracte nabatice in ipsam mittende erunt aut semen mirti aut sorbe aut lutum chomisceni, aut qui ea uti volunt citonia comedant. Citonia est ab aqua salsa nocumentum removet. Quod si aqua valde fuerit insipida et oportuerit mature cum ea uti, ipsam in ollam mundam vitreatam vel in vas lapideum ponat, cui orificio ligna ex transverso supponat, super que vellus lane aut lanam carminatam mundam mittat. Quibus ita peractis ignem sub olla accendat, et quod in illa lana colligitur exprimendo colligitur et que ab ea manaverit

bibat. Acetum quoque aque salse saporem reprimit atque sirupus acetosus ad hoc utilis existit. Aqua vero si fuerit stans putrefactionem in se habens admixtam, cum rob de fructibus acetosis misceatur, sicut est rob qui fit de ribes nunc acetose et granatorum et malorum. Cum autem aquam illam in potu sumit, omnes calidos cibos dimittat. Vinumque illo modo (?) bibat, nisi fuerit cauda. Hec enim aqua stans est ideo quod velocius potest generare febres quam res alia aliqua. Quod si magis fuerit amaritudo, ei dum bibit iulep admisceatur aut zuccarum, et comedat dulcia. Aqua autem si ventrem solverit, ea que ventris sunt constrictiva comedat et e converso. Et si in aqua fuerint res minute aut herbe in quibus est acuitas et malitia, cibos unctuosos semper comedat et ad ipsum colandum sit sollicitus. Aquam quoque non bibat nisi paulisper, et precipue si in ea fuerint sanguisuge. Urina vero si ex aqua restringatur, vinum habens aquam admixtam in qua semen feniculi aut apii coctum fuerit erit bibendum. Aqua quoque si fastidium fecerit, cum rob granatorum erit bibenda. Et ut omnia comprehendamus, considerandum erit quod ei accidat, et ex eius contrario erit regendus.

·i· vinum album et debile

Res minute ut linum ut canabis et rame arborum et radices pure, et hiis similia. Alusten est panni vel alii modo quo sic opilatur os vasis ut per ipsum possit exire vinum vel aqua, et precipue si in ea fuerint sanguisuge. Isto quoque panno debet cooperire os suum et per ipsum pannum trahere aquam.

De mansionibus eorum qui sunt in castris.

Illis qui sunt in castris si estas fuerit, in altis locis atque in collibus manere debent. Temptoriorum quoque ostia ad ventum septentrionalem vertere oportet, atque inter unum temptorium et aliud magnum est intermittendum spatium. Bestie quoque quanto plus possibile est elongande sunt. In hieme autem sit ipsorum regimen huic contrarium, scilicet in locis maneant profundis et ad montium ac collium radices tendant. Temptoriorum quoque ostia ad meridiem et orientem vertant, et temptoria ad invicem coniungant. Si vero aer austrinus et nubilosus fuerit, dietam minuat ac vinum penitus dimittatur, sed exercitium ad serenitatem procuret. Et si aer siccus fuerit, huic contrarium fiat. Quod si multi homines ibi extiterint, a castris separati longe maneant ita ut non superveniant, sed sub eo statuant. Et si in locis castrorum mala fuerint reptilia, quanto plus possibile fuerit

·i· albi·

inde erit cauenda. Cum de medicaminis erit
fatiendum quod ea aliquis illi expellat et infrigidat
que orta sunt. herbe quoque aut arbores
male si ibi fuerint ex quibus odores acuti aut
nociui peruenerint, cauendum debet. aut a putre
factione superuenientium fetendum erit. Cibi preterea aut
cum ipsis quam multi inconsueti exstant solummodo
opere considerandi. et que ei contraria esse possunt
adhibenda. aut ipsi penitus dimittenda. De

Oportet regimine iter agentium in mari.
ut qui per mare uult incedere. tum de fructibus
atque de medicinis quibus uti consueuit se
cum deferat. ante tamen quam mare ingredia
tur. per aliquot dies comestionem qua uti con
sueuit minuere debet. quo tempore cibo uta
tur qui sit ex his que stomachum confortant. Et in
die qua primum mare ingreditur aqua non inu
catur. sed ea odoretur atque comedere paulatim
incipiat que nauseam sedant. que in suo loco
nominabimus. Cum autem iter gessit. si nausea
acciderit. atque uomitus aliquotiens uomere
permittendus erit. hoc namque ei non nocebit. Si
autem illud multiplicatur. de tum fructuum
qui sorbendo aut qui lambendo bibat. et sumat
aut generatorum genera et his similia ei tribuantur. Et
si superfluus cum gemitu inualescit uomitus.
cum medicaminis colice passionis curetur. De his

Aliquando que pediculorum prohibent generationem
ex mutatione aque. et eos qui iam generati sunt interficiunt.
et ex multo labore. et ex sudore. atque ex sor
dicie. et expulsantur balneando. et mutatione
pannos. contingit corpus et pannos pediculis repleri.
hoc quoque sunt res que uentositate accidunt. De illis uero
que istam prohibent. est ut studeat in usu balnei et la
uacri. et ut pannos mutet quanto plus potest. et ipse
ut pannus qui carnem adheret sit lineus. tunc
enim repletur pediculis. De illis autem que eos qui sunt
generati interficiunt. est argentum uiuum extinctum
quod olio admisceatur. et ex eo cingulum ex filis laneis
inungitur quod super se aliquis appendit. aut quo
cingitur. aut folia arcedamet uel oleandri in
oleum mittantur. ex quo patiens inungatur. aut
corpus singulis decem diebus ex arsenico rubeo
et stafisagria atque cordis et thaumich cum aceto
epithimetur. Et post aquam qua per horam unam sic
dimissum fuerit. cum aqua calida lauetur. Pannum
preterea cum cordis aut lupinis uel foliis zadarm
inuet. aut arthanitha suffumigetur. patiens
quoque ex olio in quo tenta argenti uiui posi
ta fuerit. aut in quo cordis mixtum fuerit. inungetur

erit. De his que faciei prohibent colorem mutari.

Ex horum iuuamentis est umbram facere. et faciem ex panno
operire. Et si fieri non potuerit. dungatur et cum
lii atque gummi arabicum. et psillii mucillago
ac seminis citoniorum mucillago sumantur. et
cum albugine oui. aut cum succo portulace
misceantur. et facies in itinere epithimetur. et
autem quieuerit lauetur. Et si hoc fiat aut ex amido
quoque per se aut ex omnibus simul. ad hoc ualebit.
ad hoc etiam offert uitellas in aqua tenuiter do
nec dissoluantur. ex quibus facies epithime
tur. aut epithimetur ex albugine oui et dragaganto.
Si autem faciei color mutatus fuerit. confert
ei ut in nocte epithimetur ex decocto quod fit ex
cera et oleo que ad solem ponuntur diebus canicularibus
morantur. et cum adipe galline et farina ciceris.
Et si mutatio coloris faciei fuerit multa. ex
spasmatibus que in mutatione decorationis
nominauimus curanda erit. De his que scissuram

Fissure in calcaneo fieri in calcaneo prohibent.
atque in inferioribus pedis partibus fieri prohibe
tur si pes in aqua uehementer calida teneatur
donec mollescat. et postquam de aqua exemptus
fuerit. dungatur tantum ut alcohol desuper pul
uerizetur. deinde fortius fricetur. Remouebitur
enim. et prohibebit calcanei fissuram. et ex pice
liquida epithimetur. aut pannus olio infusus pe
di supponatur. et semper sit calciatus. et a pul
uere sibi caueat. Et in multum confert ut se
pium cupreum sumatur et liquefiat. cum pice gallacia
tritum et ut alcohol desuper puluerizetur. quod post
ea dum liquidum fuerit uel molle. in antiquis
ponatur fissuris. Oculus quoque fissuris que in car
ne penetrant. confert ut merdasengi triti ℥. v.
sumantur. que cum olei ℥. xx. mixte in scutel
la ferrea coquantur. et tunc fortiter moueantur do
nec fiat ut albumen. cum postquam tale fuerit.
℥. iii. pondus de galbano quod uocatur besart
addatur. et coquatur donec spissum fiat. Cum
autem infrigidatum fuerit. fiet ut pix liquida.
de quo calido et liquido super fissuras caden
do distilletur. Antique fissure usque ad car
nem penetrantes auxiliantur ut sanguinis et
oleum de seminibus lini sumantur. et mixta
coquantur donec inspissentur. et guttatim desuper
fundantur. aut adeps pecudis sumatur. cum pice
galbanum addatur. et cementus pariter coquatur do
nec medio fiat. pecori administretur. Oportet
etiam ut fissure ante quam sanari incipiant
in aqua mittantur calida donec mollescant.

7 mundificent. postea uero abstergantur 7 de
siccentur. 7 sic cum medicamis caueant. deinde
pes post medicationem calciet. De curatione excor
Cum aliquis ex eis equitatione a excalciamentis aut acci
dentis exulceratione uel ex alia causa excoriatus fuerit.
exigitur ut statim postquam quieuerit. ex
multa aqua frigida tam diu rorent. donec
eis calor sedet. Quo facto discooperiatur lo
cus 7 flabelletur. Quod si possibile non fuerit.
panni linei in aqua rosata infundantur 7 su
per desuper ponantur. atque deinde cum locus tepe
re incepit. iterum panni madefacti suppo
nantur. postquam autem quod ex caliditate 7 acu
itate existit in eo quieuerit. ex litharigirio
trito cum aqua rosata mixto epithima fi
at. ardor autem 7 dolor si remanserit. cum
unguento de cerusa caueant. uesice uero que
ex strictura calciamenti fiunt. prius sint fin
dende. 7 postea ex aqua rosata lauande. de
inde ex lino 7 acacia epithimande. aut ex
bolo armeno. aut ex galla cum aqua fructis
aut balaustie bene trite desuper ponantur. De ca
su et excasu siue autem percussiones que in capite uel in alia parte
de animal dorso aut ex alia corporis fiunt.
Cum capiti aut alii parti corporis euenit percus
sio. optimum est ut patiens ex parte contraria sta
tim flebotometur. 7 carnibus abstineat. 7
7 semper caueat. locus quoque epithimetur.
aut emplastrum ex confortantibus ei supponatur.
Quod si ex casu in capite fuerit lesio. ex uena
que uocatur cephalica flebotometur. post flebotomi
am uero capiti acetum mixtum cum oleo roseo
quod aceti sit triplum supponatur. panni quoque in
aqua rosata infusis desuper mittatur. pa
tiens uero aqua ordei in mane 7 iuxta noctem
est potandus. Qui per tres dies nichil aliud su
mat donec sit securus quod apostema calidum in
parte cerebri non oriatur. Signum autem quod loca
ista atque cerebrum sint sana. est quod intellectus
non turbatur. Cum si post casum turbatus fuerit.
oportet ut sanguinis tunc maior fiat ex
tractio. 7 caput ex aqua rosata 7 oleo ro
seo cum aceto uini infundatur. post hoc 7 fo
lius mirti. 7 balaustiis. 7 corticis granatorum
in aqua 7 aceto usque quo dissoluantur decoctis.
pulverem mirsi 7 gallie 7 xyloaloes ac calami
aromatici ammisceantur. ex quibus omnibus cum
aceto 7 aqua 7 uino ueteri ac stiptico quite
nis. quodam quod emplastrum conficiendo fiat. 7 ca
piti ut emplastrum supponatur. Venis quoque ex

siceo fructuum. aut ex leni enemate soluatur.
eique extrema fricentur. Cum hec postea quam moto
cerebro ualde conuenit. est ut patiens cere
bella gallinarum edat. de quibus post diaetam
primum quantum sumere potuerit. tribuatur ei. ante
enim sola ordei aqua in potu utitur. cum prius siccari
gimmati muzi sit conueniens. hic enim ad hoc quod
hic uolumus melius existit. lesio autem que ex ca
su accidit si in pectore 7 illis partibus fuerit.
ex uena basilica flebotomia facienda erit. ei
quod regimen subtiliando. Quod si sanguinis spu
tum aut uomitus aut mictus. aut ei cum egre
stione exitus acciderit. ex medicaminibus que iam
nominabimus aliqua in potu dentur. Si autem isti diu
perseuerauerint. eorum curationis perfectionem
sume ex locis in quibus has nominabimus
egritudines. Signum uero an fortis lesio ex
casu sit in capite. est intellectus turbatio.
Istud enim erit in signum fortis lesionis in capi
te. aut debilis lesionis autem pectoris aut
uentris excasu. est in signum angustationis at
trahendi aeris. 7 exit sanguis. Signum. Confectio.
Confectio quod ad bibendum datur cui casus
aut fortis acciderit percussio. Recipe reubarbari
siue partem unam. rubee. lacce mundate. boli
armeni. aut terre sigillate omnium ana partem
mediam. dosis huius medicine sit a drachmis. 2.
usque ad quatuor cum aqua aceti infusum fu
it. hinc autem ad comedendum tribuantur mes
7 rizi. 7 lentes. 7 ciceres. Confectio ad for
tem casum 7 aduehementis sanguinis sputum.
omnia 7 bolum armenum. aut terra sigilla
ta cum parua uini stiptici quantitate ad potandum
dentur. Epithima ad percussionem 7 ad
remotionem carnis de loco suo. Recipe mugat.
mes excorticatorum partes equales. boli armeni
partem mediam. acatie. aloes ana quarta unius partis.
Confringantur omnia ex aqua mixta. ex quibus locus
debilis epithimari conuenit. Aliud epithima
ad casum quem cum eo febris 7 apostema calidum fuerint.
Recipe rosarum rubearum. lentium excorticatarum. boli
armeni. sief. memithe. sandali. sanguinis draconis.
ex his omnibus cum aqua rosata collectis.
epithima fiat. Confectio que ei datur ad pro
hibendum a quo sanguinis multitudo aut ex
percussione aut ex casu fluit. Recipe carabe. bo
li armeni. balaustie. sanguinis draconis
lacce partes equales. ex his autem collectis. 3.
iii. ad potandum tribuantur cum una 3 aque
in qua sumach fuit infusum. 7 opium recentis

· sic enim [illegible]

inqua

sexta parte .3.1. Istud enim illico sistit san-
guinem. Patiens quoque scriptica comed-
dat. Medicamen adiuvet carnis motum
et ad debilitatem que offertur et dolorem sedat.
Locis exoleo loco inungatur cum dissipul-
lis multi sparguntur et mediocriter ligentur.
Vestigia autem livida que post percussionem aut
casum permanent curantur ex medicinis que
sunt in parte tractatus de decoratione nominatis.

Tractatus sextus explicit. Incipit tractatus VII.
Rememoratio aggregationum artis algebra
et vulnerum et eorum summa.

instauratio

Plerique eorum qui hanc exercent artem et dicun-
tur restauratores non bene exercent eam, neque
sapientes sunt sub certo modo ad quam or-
dino fiat, immo maior eorum pars casualiter
operatur et sicut ab aliis edocti fuerunt. Raro
quidem eorum invenies aliquem qui huius artis li-
bros legerit aut qui eam a magistro cognoverit
litteris edicente. Immo qui maxime
eam exercent sunt ydiote et rustici et stolidi.
Ideoque ipsi sue stoliditatis causa certi dies
pessime in hominibus generant. Nos vero huius
artis summas atque aggregationes tales refe-
remus quas cum aliquis astute meditatus
fuerit poterit secundum hanc artem quicquid vo-
luerit optime operari. In primis quoque de re-
gimine diete et post de extensione et rectifica-
tione ac ligaturis et de fracturis in quibus
in quibus tenues ossium partes et acute nec
non divisa frustula conspiciuntur et postremo
de dislocationibus tractabimus. Homines stolidi
precipiunt ut quicumque fracturam aut dislocati-
onem aut carnis contusionem perpessus fuerit
cum alacbisat nutri-
atur et asabith et ex
carne assata vescatur a
ieiunus et bibat vinum.
Consilium autem est quod ad patientis
calidi complexionem nocumenta vel
loci afferunt quam re-
gimen hoc. Oportet autem ex

Alacbisat sunt
mice panis adu-
maciati frixe prius
in oleo et deinde posi-
te in melle et frixe cum
eo. Asabith sunt
pultes mixtum spisse
ex aqua et farina.

quo infirmo fractura aut dislocatio
aut carnis contusio acciderit regimen per ali-
quot dies subtiliari. Cum vero fuerit si ipse for-
tis fuerit, erit solvendus et ipse similiter flebo-
thomandus quemadmodum dictum sumus. Quod
ideo fieri convenit ut sit securus quod materia
ad locum non fluat, que magna apostemata atque
putrefactionem generare possit. Postquam autem

dies aliquot pertransierint et securus fuerit quod
apostema calidum non accidat, eger tempore ut ad
regimen quo consueverit iam revertatur, si eius
egritudo dislocatio fuerit aut carnis con-
tusio. Qui autem fracturam patitur viscosi-
tas atque grossities eius sanguini sunt ad-
dende ut natura materiam habeat primam ex
qua potius fracturam ligans generet. Ex his
autem que hoc operantur est fluminum adeo exitus
ut quasi pulis videatur, et theritib capita que
ac pedes animalium

Theritib sunt inter
panis quibus super-
funditur ius alicuius

nec non edorum agnorum et vitulorum cocta et
vaccarum ventres atque ova et ... ac pi-
sces recentes et horum nutrimentum similia in quibus
sunt grossitudo et viscositas. De quibus in hoc
tempore comedere debet, et post eorum acceptio-
nem vinum bibere grossum. Ex hoc enim regimine
fracturam melius et velocius ligari poterit. In
principio tamen bolem fidei et musagniamit
tamen comedere debet, et carnem avium et edinam.
Vino autem nullo modo appropinquare presumat.
Cum vero distendere ac rectificare necesse fuerit,
oportebit ut in ultimo lenius fiat quantum
dolor quanto minus possibile est sentiatur. Ni-
chil enim plus affert apostema quam dolor.
Hoc autem stolidorum plerique loca debilia di-
stendunt et rectificant ubi est magnum ni-
mium facere conatum, quatinus vulgus eos bene
operari putet. At vero non oportet ut cum ulcus
in quo non est dislocatio dolet, premat ac di-
stendat aliquo modo, immo emplastrum quod dic-
tum sumus ei supponendum est, atque ligatura
adeo suavis facienda ut ex ea nullus sen-
tiatur dolor. Istorum preterea medicorum plerique
decipiunt vulgus. Cum enim in membro fuerit dolor,
quod fractura aut dislocatio in eo sit dicere
presumunt. Si fractura autem dislocationis adeo
est causa manifesta, quod occultari non potest.
Ex hoc enim sequitur quod figura membri contrahatur
et cutis ex una parte fit gibbosa et alia con-
cava. Quapropter siquis diligenter consideraverit
impossibile est ut occultetur ipsi qui illud con-
siderat, nisi in iunctura adiutorii cum hume-
ro aut anche cum coxa fuerit dislocatio. Caput
namque adiutorii quando dislocatur concavitatem que
est sub ascella ingreditur, caput vero coxe
carnem glandosam que est in inguine aptean-
che intrat. Unde cum multa ibi sit caro, contor-
sio non est ibi valde manifesta. Signum tamen quod

S fractura

·i· salsa scilicet cibarium quod
fit sine carne.

inuenitur. Humeri dislocatio non semper conti-
tatur, est rotunda eminentia que sub ascella ac-
cidit, et cum tangitur digitis sentitur. Dislocatio
omnis similiter que anche accidit signum est emi-
nentia exterior in inguine, et quod egro non separatur
ut expandat iuncturam que est inter crus et coxam,
nec eam universaliter dissolvit. ¶ Fractura autem si
minima fuerit, cum eam manu diligenter investi-
gaveris, gibbositas ab una parte et concavitas ab
alia non occultabitur: crepitationes que ossis sonum
percipies cum ipsum manu attrectaveris. Cum autem
in loco non manifesto contusio vel gibbositas
vel concavitas fuerit, vel cum locum manu investiga-
veris ossis crepitatio percipietur, non dislocatio
vel ossis fractura que extensione aut forti in-
digeat compressione ibi erit. Non est enim ibi nisi au-
ctoris contusio aut fractura minima. Quapropter
distendendo nullo modo motio facienda est.
Extensio namque loco maiorem generat angu-
stiam, unde inde maior contingit error. Quapropter
si aliquis stolidorum in his locis extensione
aut compressione uti voluerit, prohibendus erit ab hoc.
Si percipiendum erit, locus leniter primitus ligetur
et postea suaviter ligetur, ne inde dolor sequatur. Nichil
enim amplius hic est faciendum. Ego vero unum istorum
deceptorum stoliditate vidi, ex qua vehementer
timuit sui. Cuidam namque forte super locum qui est in
medio adiutorii cecidit, et dolere cepit. Unde
primum ibi cepit contumacia apparere. Quod cum perciperet medicus
iste stolidus, ipsi adiutorium esse dislocatum dixit.
In quo etiam hoc tantillum sapientie non erat, ut dis-
locationem sciret non posse accidere nisi in iunctura
et non ossis medietate. Quamobrem se paravit
ut ad os extremitatemque parte fortiter extendendum. Quod
ipsum facere non permisi, immo locum ex oleo roseo
punctum cum mirto pulverizato, atque postea
hoc suaviter ligavi, et exaltationis parte brachio f(eci)
flebotomari, postquam vero dies advenit tertius,
ligaturam removi, et quod non amplius indigeret
cura cognovi. Verbum autem de hoc quo unumquodque cor-
poris membrorum de extensione et rectificatione
atque ligatione necnon et de reliqua indiget cura-
tione donec ei compleatur sanitas, extra huius
nostri libri mensuram, et ipsi instructionem recepit. In
huius namque inquisitione isti nostri tractatus mul-
tiplicibus multis indigerent, atque preterea esset
necessarium ut quomodo opus fiat ... ingestum.
Nos quoque in hoc nostro libro non intendimus nisi ea
que cum homines boni ingenii legerint, et in
ipsis meditati fuerint, licet medici non sint, bonis

tamen medicis equiparari ac sociari poterunt. ¶ Li-
gatura autem cum fit, oportet ut locus fracture pri-
mum aut quatuor cingatur fasciis. Quarum prima ad
partem tendat superiorem, que sit fortior circa fracturam
super locum infirmum existens, a quo cum separari
cepit suaviter relaxari incipiat. Et quanto
magis ab infirmo elongatur loco, tanto magis
lenior fiat. Hec autem ligatura taliter procedenda est,
donec sane partis maximam occupet quantitatem.
Postea hanc autem alia sumatur fasciatio que prius est suppo-
nata infirmo, et deinde descendendo ad partem
tendat inferiorem; cuius strictura aut relaxa-
tio ut in prima fascie obvolutione diximus
fieri convenit. Inter has vero ligaturas astelle
sunt locande, quatinus membra penitus rectificentur,
ne gibbositas aut concavitas in ipso remane-
at. Deinde vero totum istud alia involvendum est
fascia ipsum suaviter cingente. Cuius involuti-
ones utique equales esse convenit. Super quam et a-
stelle sunt ponende, et cum alia fascia sunt
ligande. Cuius strictura in mediis locis aliarum e-
quetur stricturis. Hec autem omnia de superfluis ligetur.
Ligature hic modus esse debet. Deceptores autem
ligature principium in sanis faciunt locis, ubi
ligando vehementer constringunt, deinde relaxan-
do ad locum descendunt infirmum. Qui ligature
modus pessimus est et omnibus deterior. Sanguis
namque a duabus oppositis partibus ad locos tran-
smittit infirmos, in quibus apostemata et vulnera
generantur. Unde herpes hestiomenus et herisi-
pila atque putrefactio eis multotiens acci-
dunt. ¶ Ligationis autem mensura talis esse debet
que infirmo nullum inferat dolorem nisi pruri-
tum. Nec etiam adeo sit laxata ut eger nullo
modo eam sentiat. Quod si ex ligatura apostema
minimum aut fortis acciderit dolor, ita ut
unde fiat extra quod est extra ligaturam, atque
sanguine impleatur, illico erit solvenda, et
ei constrictio minuenda. Et si infirmus in loco
ligature forte sentiat pruritum, atque nota-
bile solvatur. Et locus ex aqua infundatur que
tam calida sit ut eum delectet. Quod fieri con-
venit donec pruritus recedat. Postquam autem locus
primam ferre bonum sic permanserit, cum suis li-
get fasciis que aceto et aqua rosata ac
oleo rosato simul mixtis et optime madefacte
sint infuse. ¶ Temporis vero ligature men-
sura hec est. Oportet enim ut in principio singu-
lis solvatur diebus, et precipue si apostema aut do-
lor ibi fuerit. Quod si istorum neutrum ibi

consolidatur non erit solutio facienda nisi duobus
aut tribus intermissis diebus. excepto si res
aliqua evenerit propter quam solutio necessario fiat. ut
est dolor aut pruritus. Si autem aliquanti dies
preterierint in quibus ligatura non solvatur et
non apparuerit ibi apostema neque calor neque
ardor. non solvatur nisi post quatuor aut quinque
dies. Et quanto plus tardius solvitur tanto plus
ad consolidationem aptior erit. Oportet preterea
ut cum prius accidit egritudo. ligatura sit
relaxata ne dolorem faciat nocumentum infe-
rentem. postquam autem dies quinque vel paulo
plures preterierint. et abaptate locus securus fuerit.
ligatura paulatim strictior esse incipiat. Cum
vero multi transierint dies. et fractura conso-
lidata fuerit. et fuerit necesse ut caro fracture
supposita coaguletur. oportebit etiam tunc ut li-
gaturam paulatim relaxet. et dietam augmen-
tet sicut diximus. Oportet autem ut astelle ex
aliquo quod mollitiem habet ponantur. et cum earum
extremitates ibi attingunt. vel non sit res
mollis atque maior extensa et grossior in parte
locetur. ad quam os declinavit. Cum autem in
fractura fissura ossium carnem vulneraverit.
oportet ut fascia prima non super ipsum vulnus. sed
iuxta ipsum os ponatur. atque diutius fasciis in-
volvatur. cuius involutio ascendendo ad
partem tendat superiorem. alia quoque fascia in
iuxta os vulneris apte inferiori est ponen-
da. que descendendo inferius tendat. Os vero
vulneris discoopertum dimittatur. ligatura et
tota mollior sit et parte plus relaxata. Que
cotidie est solvenda. aut duobus intermissis di-
ebus. Cum autem vulneris cotum supponatur. do-
nec cum virus minui incipiet. et locus absque
apertura fuerit securus. caloreque remotus fuerit.
unguentum citrinum generativum quod dictum su-
mus vulneri supponatur. Fracture vero in
quibus sunt ossium partes astellis similes que cutem
non fregerunt nec vehementer stimulent. rectifi-
cande erunt et stringende. quanto magis possibi-
le fuerit pulvinando eas et leviter ligando. Que
si stimulaverint. atque vehementer intulerint
dolorem. ligande non erunt. Generabunt enim apo-
stema ac putrefactionem in toto osse. Verum locus
tunc findendus erit. Et si astelle ab osse se-
parate fuerint. extrahende erunt. Quarum si
separate non fuerint extremitates acute que
stimulant cum serra erunt secande. Et deinde
cum medicinis fracturarum competentibus curentur

curande. Oportet etiam ut dislocationes cum acci-
derint. illico ad locum reducantur proprium. antequam
apostema ibi fieri incipiat. Si enim dislocatio in
principio sui dimissa tamdiu sic permanserit do-
nec apostema ibi fieri incipiat. non contingeret
quandoque ut in toto hoc tempore ad suum reducantur
locum. nam si dum talis fuerit extendatur. con-
tingit plerumque accidere spasmum. Ex hiis autem interdum
nobis atque similibus quas diximus cum non convenienter
observantur. pessimum accidit infortunium. cum ne-
mo succurrit post. Quapropter si chirurgicis qui
nichil sciunt precepimus ut ab hiis ubis sibi
caveant. ab eorum liberabuntur malo. et eorum
operatio tibi erit perfectum. De mollificatione
duriciei remanentium in membris post restau-

Plerumque post fracture restaurationem.
rectificationem aut dislocationis ad suum
locum reductionem. duricies atque constrictio
remanet consuetis membris. que multotiens non
cause existunt in membri motu prohibentes. hoc quoque
accidit. cum pedicata res iuxta iuncturam fuerint.
Hiis autem oleum et aqua calida cum locus multotiens ma-
nibus fricatus fuerit. atque aqua calida ab alto per
fistulam defluens loco superfusa fuerit. et adipes
ac medulle quorum extensis fit emplastrum mollificant.
Est etiam cum expositis medicinis medicina
componitur effectu simplicium operatione fortior
existit. Medicina fracturarum et duriciei que est in
corda et tensionem leniens. hec recipe cerote. adi-
pis anatis resoluti et colati ana ℥ i. olei de lilio
℥ vi. medulle vaccini cruris ℥ ii. ex hiis co-
mixtis fiat medicamen. Aliud medicamen
forte. in membris que constrictioni sunt propinque consti-
tutis. hec recipe olei de lilio. olei de seminibus lini.
bdellii. ana ℥ i. storacis. galbani. oppopo-
nacis armoniaci. omnium ana ℥ s. adipis
ursini ℥ ii. Quod si adeps ursi non inveniatur
loco eius adeps anatis aut galline ponatur. Et
etiam in hac intentione melius est ut adeps porci loco
supradictorum adipum mittatur. deinde gumme in
mortario cum pauco vino dissolvantur. Quibus
non valde mollificantibus. alia admisceantur et in
mortario donec unum fiant agitentur. Aliud
bonum habens odorem. delicatis conveniens. hec recipe
citrine ℥ i. olei de ben ℥ vi. masticis nigre
storacis. ana ℥ s. ex hiis commixtis fiat medi-
camen. Aggregationes et summe de curationibus.

Dixit ascriptor huius artis. Ex iuncturarum et ulcerum
propinqua est discretioni restaurationum quam no-
minis impenetrabile sicut medicum et canonicum. quibus

P

curationis uerificatio operteris reddit. Quia
propter de his principiis hoc oportet nos dicere illud
quo a magno errore qui ex eorum contingit cu-
ratione obseruatio fiat. Dicemus ergo quod cum uul-
nus paruum fuerit. possibile est ut quando li-
gatura ipsum capit. occurrunt sibi adin-
uicem partes. et continuet eius concauitas tota. non
enim alia indiget curatione nisi ut duarum
astellarum auxilio sustentetur atque ligetur

A duobus autem capiti-
bus ligatum dicitur
inmitte. cum ligamus
unius caput in unam du-
citur partem aliud
in aliam ut in hac
apparet figura.

ligatura que a duobus
incipiat capitibus. E-
ger quoque a repletione
et uino et oleo custodiatur.
et ne pilus aut unguen-
tum inter labia illius ca-
dat cauendum est. hoc nam-
que consolidationem fieri non
permittit. Istorum autem stolidorum plerique his que
diximus contraria operantur. ponunt enim in uul-
nere oleum. infirmoque carnes et pultes cras-
sas et diuersas comedere precipiunt. Unde egroto
apostema malum atque uirus in uulnere acquirunt. quod
longo durabit tempore. ex quo fortassis membrum
ad putrefactionem deueniet. et precipue in e-
state. licet uulnera que diximus sola ligatura
sanari possent. ab uno die usque ad tres. in
nulla alia indigens medicina. Uulnus autem
cum magnum est atque profundum. indiget tunc
ut cum medicinis quas nominabimus que sunt
carnis generatiue sanetur. et uulnus ab apostemate
custodiatur ita ut loco cui accidit pannus a-
ceto et aqua infusus supponatur. et epithi-
matibus frigidis epithimetur. et singulis horis
infundetur. et precipue si calor ac dolor ibi fue-
rint. et sanguinis paucus ex eo manauerit.
nam in hac dispositione oportet ut infirmum ex par-
te contraria flebothomet. totumque corporis
nec non ipsius totum regimen infrigidandum erit.
Quod si uulnus profundum et non amplum fuerit. ca-
uendum erit ne unguentum quod ipsi continuet os
supponatur. os namque uulneris profunditate
uiduum consolidata si continuet. multum in eo
adunabit uirus. Quare ut ipsum iterum ap-
periatur oportebit. et membrum fortassis interius pu-
trefiet. ac uulnus malum et pessimum ibi fi-
et. Quapropter in huiusmodi uulneris ore. coctum
erit ponendum. Si autem uulnus consolidari ce-
perit uideris. bitumine aut oleo ipsum infun-
de. Et ex hinc quidam posteri erunt stoli-
di quod oleum in uulneribus quorum omnium terminatio

erat possibilis posuerunt. Oportet ergo ut
omnia medicamina que huiusmodi in initiis uulneribus
aut recentis adhibentur. aut paululum inci-
ant. Cum autem uirus profundum fuerit et ipsi os
amplum. obseruandum erit ut si uulneris os
non uehementer cauerit ligatura. fiat tunc
oportebit. Et contingit illud plurimum cum
uulnus in corporis tendit latitudinem. liga-
ture uero uehementiores in uolutionum et retentio
sint apud uulneris profundum. et eorum leni-
or sit apud ipsius os. ex membris quoque tali est
figurandum figura ut uulnus sit inferi-
us quatinus uirus ab ipso fluere possit. Quod
si illud impossibile fuerit. oportebit tunc ut
uulnus in die secundo atque quarto consideretur. Cu-
ius profunditas si minui inceperit. et neque
uirus nec putredo multa ibi contineri in-
ueniatur. curatio non erit mutanda. Si
autem uirus ab inferiori ad superiorem ulce-
ris partem ad ipsius uidelicet os. cum impulseris
manare consueuerit. conueniens est ut in infe-
riori loco ibi existente ipsum inferius perforetur
apud finem profunditatis ulceris. Quod si uero
fit ut uirus inferius possit manare habeat.
Infirmi quoque regimen in eo prius in capi-
tulo de algebra diximus ordinetur. atque sub-
tilietur. et a principio uulneris cum accidit per
aliquot dies infrigidetur. Ipse quoque si re-
pletus fuerit. erit flebotomandus et soluendus
si longum fuerit tempus ex quo non fuit solu-
tus. ideo ut recedat fluxus ne apostema accidat.
deinde uero ipsius regimen paulatim secundum dietam
perfectum erit incrassandum. ideo ut carnis na-
turalitas augmentetur. Oportet etiam ut cum exiture
mature fuerint. et apertione indiguerint. perfo-
rentur in inferiori loco qui in ipsis inuenietur
et interiori et magis gibboso si possibile
fuerit. apertio tamen in corporis longitudine
et non in ipsius latitudinem cum in membris fit
extensis que non curuantur. et dilatantur. tendit.
In his uero locis que curuantur et extenduntur in-
cisio secundum ipsius loci curuationem et extensionem
tendere debet. Oportet etiam ut cum exitura in loco
non uenarum et multitudo fuerit. aut circa ue-
nas. incisio aperte fiat. Si enim in huiusmodi
locis incisio cum tarditate et non uelociter fiat.
os quandoque exterius eminebit. et uidetur liga-
mentum discooperiet. Carnosa autem loca bo-
num est ut sic dimittantur. donec bene sint
matura. Si enim antequam bene sit matura

·i· mut[...]
sanit[...]

perforentur. minus aliquid de eo manabit. atque ulceris multa sordities ac putredine habitabit. labia quoque eius constringuntur atque ipsum profundum durum fient. ipsumque nullum pus et minus continuo emittet. Quod si exitura maxima fuerit. totum eius virus non subito est extrahendum. ne egro superveniat sincopis. sed paulatim erit expellendum. et precipue si eger fuerit debilis. ¶ Vulneris autem sanitas tardat. aut quia sanguinis penuria que est in corpore. aut propter eius maliciam. aut quia intus vel super ipsius labia caro dura existit. cui cum caro non nascitur. aut quia ibi est caro mala. aut quia os vel multa putredo est intus. aut quia medicamen quo curatur. non est ei conveniens. aut quia ulcus in se ipso est profundum et saniosum et malum. Cum ergo ulceris aut corporis que in ipsius circuitu consistunt. rubor privatus fuerit. ipsa quoque ab aspectu siccum atque siccum et aliquantulum durum fuerint. corpusque macrum ac pauci sanguinis. cum quo ipsius retardetur sanitas. tunc est in sanguinis penuria. locus ergo cotidie multociens primo aqua calida in qua decoctio est infundendus donec rubeus fiat. et post regimen incarnandum. et ipsumque cum unguento nigro est curandum. ac in ipsius circuitu ex ipso fricetur. Color vero corporis si malus fuerit. atque eius forma mala. cum ipsius sanguinis est malicia. flebotomia ergo atque ventris solutione est prius subveniendum. deinde ad vulneris curationem est redeundum. Super labia quoque ulceris. si caro dura fuerit. fricatio ibi est facienda. donec sanguis inde fluat. Si autem crassa fuerit. prius est incidenda. et postea curanda. Et si hec in ulceris fundo fuerit. et eius color sicut et fusco. aliquid in ipsum est mittendum et fricandum donec sanguis ab eo manare incipiat. deinde erit curandum. aut in fundo ulceris perforatio fiat. postea fricetur et cum butiro medicetur donec mala caro penitus corrodatur. deinde cum hiis que expertus curationis remanserunt. curetur. Vlcus autem si prius claudatur et postea aperiatur. virusque subtile ab eo fluat. et longo tempore sic dispositum maneat. os corruptum est in eius fundo. tentum ergo intromissa temptetur. et cum inventum fuerit. perforetur ulcus donec ad os perveniat. Quod erit fricandum aut serrandum donec abscidatur. secundum quod ex ipsius corruptionis multitudine videris. postquam cum pulveribus carnis generativis curetur. Quod si ipsum perforari fuerit impossibile. cum medicamine corrosivo et butiro subveniendum erit donec os discooperiatur. post hec cum hiis que dicta sunt curetur. Vlcus autem si fuerit profundum. et eius caro mollis et mala. medicamen corrosivum desuper erit ponendum. donec caro illa desiccetur. deinde similiter butirum mittatur donec tota mollescat. atque cum butiro tam diu medicetur. donec escara simul mente exorta cadat. et postea curetur. ¶ Ulceri si si varices supervenerint. eger flebotometur. ipsiusque venter multociens solvatur ex apozimate epithimi. sucoque nutriatur albo. deinde ulcus curetur. Quod dicimus quoque si ulcus fuerit inconveniens. quia fortassis ipsum plusquam deberet calefecit. cuius est signum quia ruborem atque calorem et aspectus principium ei cum augmento adducit. tunc cum unguento frigido quod dictum sunt erit curandum. aut fortassis plus infrigidat quam debet. cuius signum est quod ulcus tunc est viride aut nigrum. et durum et frigidum. unde tunc cum unguento nigro est medicandum. aut fortassis minus desiccavit quam deberet. cuius est signum quod ipsum est molle et laxum. multum habens virus. unde tunc cum unguento vehementis desiccativo est curandum. ut est illud quod ante super induat. quod fit ex balaustiis et gallis. aut fortassis minus mundificat et abstergit quam deberet. cuius est signum quod putredinis multitudo. carnesque male et molles ei adheserunt. ideoque cum medicaminis vehementer mundificantibus est curandum. ut est unguentum viride. aut quandoque mordicat et ipsius consumit carnem. cuius est signum dolor. et calor. et ardor. et aspectus principium. et quod ulcus cotidie dilatatur. Unde tunc ad unguentum quod eo sit suavius est transeundum per mutationem. Hoc quoque plerumque evenit. quia curandi complexio. ad unam declinat extremitatum. Quare rebus sibi convenientibus curatio est facienda. Siccissima namque corpora. exigunt ut unguenta quibus medicantur cum etiam in ipsorum ulceribus est generanda. sicut vehementis desiccativas habeant admixtas. humida vero corpora unguentis indigent mollibus et humidis. Vulneribus autem veteri etati accidentibus atque ipsum distruppentibus. medicus sapiens ac suaviter operis necessarium est nostrum huius curationis collectiones. et unde in ipsis timetur ex re. dicemus. Cum intestina ac vulneris [illegible] pulmonis exierint. et inflata intromitti non potuerint. primo vino veti

i. reductionis sanitatis.

de etatibus intelligit.

hic de etatum extremitatibus agit. siccissima corpora intelligens corpora senum. humida autem adolescentium et infantium. Siccis vero corporibus cum vulneratur siccam debet adhibere medicina

si soli naturales ibi
fuerint humores. Si
vero innaturales, con-
traria debent adhiberi
medicamina. Vero quod in
libris fieri precipitur
propter illos sunt ad in-
ventam qui nec sunt pu-
eri nec sunt senes. Un-
de pueris vel senibus me-
dicandum fuerit, addendum est ad-
dendum atque minuendum.
Similiter quoque fit in mem-
bris, ut si siccum fuerit membrum
et soli naturales in ipso fue-
rint humores, siccis erit
utendum, quia natura hoc expetit.
Si autem innaturales,
contrario est utendum, quia
superflui sunt eiciendi,
et sic malus.

calefacto in illis desuper
ponatur donec ipse re-
moveatur inflatio qua
tenorum intromittuntur. Si
siler aut tempus frigidum fu-
erit, eger in balneum intro-
ducatur, et permaneat pedes
ita suspendatur donec
quantum ipsi curvetur
dorsum, et venter attrahatur
ex humore eius dispositione,
intestina levius intromit-
tuntur. Turbidum vero si
velocius quam quam umbilicus
fiat aut nigrum, ei sic
curatur, in ventre est
ducendum. Quod si ei non
subveniat donec in-
tus fiat, quicquid ex
eo unde factum est in-
cidatur. Deinde omnes ve-
neque sunt in ipso cum subtili filo ligentur, postea
intromittatur et venter suatur. Et si intestina pro-
pter magnitudinem inflationem intromitti non potu-
erint, scissuram amplificet et sic intromittatur.
Quibus intromissis venter suatur prius, post pul-
vis consolidativus desuper ponatur, atque ut eger su-
pinus iaceat taliter ut dorsum aliquantulum gibbo-
sum existat precipiatur. Cuius regimen est subtiliandum, nec
cibus inflativus ullo modo est ei tribuendus. Vulnus
postea si iuxta nervum vel in nervo fuerit, strictum
quod extiterit non consolidetur donec aliquot preterierint
dies, et abrasum fuerit secundum. Immo medicamina
apertiva desuper ponantur, et locus totus ex oleo inungatur
tepido. Postquam autem duos dies aut tres preterierint
ac dolor sedatus fuerit, et locus apertus fuerit, conso-
lidativis utendo tunc vulnus cura. Si autem spas-
mus ex vulnere quod est in nervo alicui acciderit, cito
cito ei succurrere et cerotum que contrahi magis fla-
titudine medie, spondilesque eius ex oleo pulegio
et origano inungat. Oleum autem sit mollificativum
et tepidum. Si autem aliquem videris ulcus quod prolabi-
let membris de uno ad alium transferendo locum, et corro-
dat carnem, cito succurrere incidendo aut adurendo,
et destruendo carnem ibi existentem antequam multum
dilatetur. Deinde ipsum cura cum medicaminibus quibus re-
liqua consueuisti ulcera sanare. Hec sunt summe et in-
tentiones quas si homines non observaverint, egro vehementer
inferunt nocumentum. Que si vero eas miscere meditantur
et eis innituntur, maximum preberet iuvamen et eos adiuvit.

Medicamen quod carnem generat. De medicaminibus car-
nem generantibus.
generat et recentia consolidat vulnera ...
vulnera in nobilibus existentia. Recipe olibani, aloes, sar-
cocolle, sanguinis draconis partes equales, terantur et
vulneri supponantur et desuper ligentur. Hoc est valde
existit mirabile. Unguentum carnem generans
mirabile. Recipe litargiri triti ut alcohol ℥ i.
cui admisceantur olei ℥ iii. Coquatur agitando donec
resolvatur. Postea olibani, sarcocolle, sanguinis dra-
conis, galbani, colofonie, omnium ana ℥ ii sumantur,
quod pulverizatis [illegible] admisceantur. Coquantur donec in-
crassentur, et mediante ex eo ulcerem cum sanguino-
lenta non fuerint. Unguentum carnem generati-
vum quo in estate, et cum in vulnere calor et ardor fu-
erit, et tempus fuerit calidum, in vulneribus autem est u-
tendum. Litargiri triti donec sit ut alcohol
℥ v sumantur, quod cum aceto donec resolvatur et
mollescat teratur, et demum oleum roseum desuper
fundatur et teratur donec incrassetur. Dum autem sic
teritur, semel ex aceto et alia vice ex oleo roseo
est infundendum donec inflet et ad magnitudinem
deveniat, et fiat unguentum. Cum postea cerusse ℥
v et camphore parum addere convenit, et tunc est eius
et eo in multis utendum. Unguentum nigrum quo
utendum est cum vulneri est siccum et fuscum. Cere, olei
mirti, picis partes sumantur equales et resolvantur,
et quod exeat fit est unguentum nigrum. De medicaminibus
que carnem minuunt superfluam et resolvunt.
que carnem minuunt superfluam et resolvunt. Et
genera teruntur valde et super
locum ubi caro superflua est pulverizetur, ea enim liquefa-
cit. Aliud isto forti: calcis teratur et desuper pul-
verizetur, aut zinziber tritum desuper pulverizetur. De-
scriptio unguenti viridis corrodentis et ulcera
saniosa mundificantis. Recipe zinziber, puri mellis ana
℥ i. Ex his simul tritis medicamen fiat. Quidam autem
quidam qui hunc unguento sarcocolle, ammoniaci,
ana ℥ ss addunt, terentes omnia hec cum aceto et
melli admiscentes, et tunc hoc medicamen fistulis que
sunt in auricula confert, omniaque saniosa mundifi-
cat vulnera, et carnem corrodit mortuam. Me-
dicamen quod vocatur callidicon, carnem mortuam cor-
rodens et fistulas atque putrefactiones que est in gingi-
vis et more ac incorto corpore confert. Recipe calcis vi-
ve partem unam, arsenici citrini, calli, acharne,
arsenici rubei omnium ana partem mediam. Omnia hec est
aqua que vocatur prima terantur. Aqua autem
prima sic fit: calcis vive, calli partes sumantur
equales, calli prius teratur, postea istis sex-
cuplum ponderis ipsius ex aqua admisceantur, et per tres
recedant dies cotidie tribus vicibus agitando.

·i·picas

vnguentum viride macon

vnguentum ... primi

·inal·emend

Ꝛ medicamen calidicam.

postea coletur et iteretur donec fiat ut elkaloli. et in sole dimittatur donec incrosset. Deinde fiant ex eo trocisci et desiccentur et in loco ubi ab humiditate tangi non possint recondantur. et cum necesse fuerit unus ex eis teratur et fiat ex eo medicamen. De alio genere medicaminis acuti et corrosivi. Recipe arsenici citrini triti, chalcitis, calcis vivae, omnium ana libram mediam, argenti vivi libram unam, salis armoniaci librae quartam partem librae unius. terantur omnia cum aqua prima donec argentum vivum sit extinctum. postea desiccentur et desiccata iterum terantur. Deinde in instrumento quod alkimistae faciunt res vertit alutel, et ignis sub eo faciendo donec elevetur sublimentur. et quod ex eis sublimatum fuerit sumatur et in ampulla vitrea recondatur. ex quo emoroydes exteriores cum superflua carne apponentes et scrophulae quarum desideratur destructio postquam fuerint ulceratae pulverizentur. et ad ultimum omnibus quorum destructio et dissolutio desideratur eo utendum est. Est enim ut cauterium ignis, ita ut desiccet et denigret, atque obustionis (?) vice simul tantum tenet locum. De his quae ulcera consolidant et in ulceribus multam humiditatem habentibus humorositatem cum necessitate removent.

Litharguri pulverizati ... sumatur et ex aceto et aqua et oleo simul in mortario imbibatur donec intumescat et albificetur. Deinde calcucecumenos (?), antimonii, balaustiarum, venae (?) cimimine (?), galliarum, sanguinis draconis, serico, alumnis, cathimiae argenti, omnium ana quantum est sexta pars totius unguenti sumatur. postea haec omnia ista pulverizata desuper mittantur et in mortario donec uniti sint agitentur. Deinde ex hoc unguento in lecto ponatur et vulnus in quo cauterio putrida nata est supponatur, atque cum involutione panni suaviter ligetur. Hoc autem unguento in vulneribus cauteriatis tamdiu utendum est donec cutis in eo tantum generetur quantitas quae ei sufficiat et ipsum induret et cutem perfecte inducat. hoc est unguento omnia ulcera humorem multum habentia curanda sunt. Pulvis qui ulcera consolidat. Recipe aloes, balaustiarum, cathimiae argenti tritae, calcucecumenos triti et lavati partes equales. ex horum pulvere super vulnus pulveretur. Alius pulvis fortis. aloes, venae cimimine, balaustiarum, mirre, galliarum partes sumantur equales ex quibus fiat pulvis qui super vulnus pulverizando spargatur. hic enim pulvis congruit ad hoc et fortis existit. De his quae melius anacardi existunt superfluitatem insipiunt ita quod non est necessarium liquide cesse eas ferro perforare.

omnium partes sumantur equales. quae secundum ... ferro commixto calefiat donec misceantur. Et quando apostema ferro aperire volueris, locum in quo foramen volueris facere consideres, quem de predicto unguento inungas. Per medium dimitte diem, corrodet enim illud. De scrofulae in collo et inguine saepius scrophulis nasci consueverunt. Quae plerumque multae simul consistunt. Unde cum in hac habitudine locum incideris apostematis, quae tangendo inveniens durum, nec incidere possibile fuit. Sunt quae glandulae ut nuces sciant esse scrofulas. quae ex digestionis malitia atque ex frigido accidunt et multotiens crescunt donec maximae fiant. Quarum curationis prima pars est ut egrum semper famem pati et cenam dimittere facias, nec multam aquam bibere permittas, nec grossa nutriatur dieta. Quod si in ipsius corpore superfluitas fuerit cum flomia, atque ipsius ventrem solve, et malagma exemplis ad hoc notatis ei adhibe. Quibus ad hoc melius existit emplastrum quod vocatur diaquilon, et solum administretur. Quod et erit melius et magis conferet. si pulvis ex eis diebus per vices siccis quantum possibile est in diaquilon mittitur et cum eo emplastrum fiat. Diaquilon. Litharguri triti libra una sumatur, cum scutella locante olei veteris libra ii et semis super addicantur et agitentur, et lentus ignis subtus fiat, et coquatur donec totum solvatur lithargirum. Deinde mucilaginis fenugreci, mucilaginis seminis lini ana libra ii, mucilaginis malvavisci libra i sumatur et postea istis adiungantur. postea hoc totum agitando donec incrosset coquatur. Cum autem coctum fuerit ab igne deponatur. agitatio tamen non intermittatur. Quod postea tenendo malaxetur donec spissitudinem habeat et viscositatem. Deinde recondatur et in suo usui reservetur. Aut strercus caprinum antiquum sumatur et ex melle et aceto simul calefactis donec commisceantur, confectum est enim ad hoc valde ultimum. Aut semina iusquiami supra cum amigdalis amaris terantur, et fiat ex eis emplastrum. Aut stercus vaccinum siccum sumatur et ex mucilagine malvavisci confectum desuper ponatur. Aut fenugrecum et semina caulis ac semen lini supra terantur et cribellentur, et ex mucilagine malvavisci confecta loco supponantur. De cancro.

Cancer est egritudo in qua maxima est fatigatio ac fere incurabilis existit. Cui si illico ex quo incipit succurrimus et ut debet regatur, forsitan stabit ut non amplius augmentabit. Cum autem creverit semper sic permanebit. Quod deterior erit si ulceretur. Cancer namque durum est apostema magnum in corpore

Marginal notes:

· f·lavi

Tar / sarage / et minio

· r. olli de / iunipo

· diaquilon

· sanguinis

et dubito.

huius modicę· que ueniẽ uirides in quibus ę
calliditas imbibunt· Vlc' aūt qđ in ea nascitur
fit ę fedum· labia huius crossa ⁊ uiridia fo
ris conuersa· huius uō ortus principiū· quasi ę ut
cicer aut faba· qui postea augmentatur con
sit ut magnū milon· ⁊ ē maior· Et forsan ⁊ de melone
se ostendit hoc apa in locis anelit' aut deglu
tientibus· ⁊ tunc fortasse ad malū adducet
diem· egriq; plerq; inficit· Q' aū h apa
ferro incidit· nō plus lucratur quā qđ
cancerū ulceratū facit· n̄ i tali sit loco·
ū incidi ⁊ penitus destrui atq; comburi ē pos
sit· ⁊ erit cicatri· huic uō ē incipit· confert
flebothomari ex uena media· ⁊ uentre ex
apozimate de epithimo frequenter solueret·
Exter quoq; acribus colam generantibus nig'
abstinere debet· ut sunt lentes ⁊ caules im
periales· atq; caro uaccina· ⁊ azenina· et
uinū nigrum ⁊ crossū· ⁊ similia his q huiꝰ
rem generant ualde malū· Oportet postea ut
dieta ipsi sit caro arietina· ⁊ staurne· ⁊ ui
nū subtile· ⁊ a cab custodiatur calidis· q'z i
ipsi sanguinem denigrant / postquā uō cre
uerit· ⁊ ad sui puenerit perfectionem· nō ę
necesse n̄ ut ei blandientia ⁊ adhibeantur· ne
in ipso ulc' fiat· Et h ę ut summo ope custo
diatur· ne unquā calefiat aut ex medici
nis· aut ex aliis rebus· imo ex holeribus fri
gidis infrigidetur· cū terendo ⁊ desup ponē
do / si ipsi uō si aliquā ulceratū fuit· h un
guentū satis confert· qđ ℞ cerusse· tuthie
lauate partes equales· terantur isti cū oleo
roseo ⁊ suco portulace· aut suco solatri·
⁊ mucilagine psillii· aut suco cucurbite
uenenorum que cum tota sua substantia hominum complexionibus contraria inueniuntur. Quod si prima inueneris accidentia: lac et butirum et oleum amigdalarum ad potandum egro tribue. que enim confectiones ex uenenis calidis et subtiliatiuas cum oleo amigdalarum dulcium sumere facias. hoc namque ueneni acuitatem frangit et eius reprimit mordicationem. Secunda autem cum intellexeris accidentia. aquam cum niue et sambuco cum aqua et niue et zuccaro. atque aquam rosatam ad bibendum tribue. Trociscos quoque de camfora sumere facias. oleumque roseum infrigidatum ut bibat suade. preterea attende in quo loco corporis uehementiorem sentiat inflamationem. cui ex lenticula aqua in niue infrigidata emplastrum suppone. quod tamen diu mutando renouabis. donec locus ex frigoris nimietate stupidus fiat. deinde psillium. atque lac uaccinum de quo butirum extractum fuerit. nec non frigidorum fructuum sucum ei tribue. In quo si replecionis apparuerint signa. ipsum stomacum. Uentrem quoque si strictus fuerit. cum medicina solue. deinde ciba eum cum extinctione et infrigidatione. Tertias autem significationes si conspexeris. allia et sinapi. et ex medicaminibus de asa egro tribue. uinumque uetus et forte ac purum eum potare facias. ipsum tamen dormire non permittas. si fieri eum sitire. corpusque eius fricari ac qui caput et pectus cum panno calefacto calefaciatur. Significationes autem quarte cum apparuerint. cito succurre. hee enim uenenorum significationes omnibus sunt deteriores. ut potest necare uelocius interficientes. Tiriacam et de iuspis aurum mitridatum ei statim tribuas. uinumque ei ad potandum da. et ex rebus odoriferis ei adhibitis. atque suco carnis ipsum conforta. Eum quoque in loco uentoso ac frigido sedere facias. que subtilissimis cum linteis in aqua rosata sandali habente rubeum infusis. uestire [illegible] loquique qui est in more suo ipsi facere conuenit. cumque aliquibus bonis sternutare et uomere facias. hic uero si multum debilis extiterit. in ipsius os uentum sufla. aut flabellando inuitare cogere. Cum si frequens accederit sincopis quam fortis existat. et oculi ter pupilla. pulsus quoque atque anelitus ad ultimum peruenerint debilitatis. et superuenerit sudor paruus et frigidus. procul dubio moritur. Venenosorum autem animalium punctum et morsus si cum sint ignorantur. illico ex quo morsus senserit patiens. ea parte qua loco morsus super est liganda est. in locoque suggendo. Uentosa quoque uehementer ignita. aut uentosa cum scarificatione loco supposita est. atque expulsus sine dio saltis calidis existentibus emplastrum super locum putrescente est imponendum. Quamquam non eger dolorem iam quieuisse. nec ad corporis profundum penetrando accedere presenserit. iam bonitatis spes adest. Quod si non hoc modo fuerit. emplastrum ex fimo columbino et mastico. aut ex sulphure et urina. aut ex isto emplastro supponatur. quod hec castorei. sarapini. asse. sulfuris. fimi columbini. mastici. pulegii ceruini. omnium partes equales. picis et olei ueteris quantum ad eorum commixtionem sufficere possit. ex his omnibus in mortario contusis conquassatis donec uniantur fiat emplastrum. Infirmus autem si aliquis plus in membro frigiditatem pateretur. ex huius emplastri suppositione remedium senserit. ex rebus calidis ipsum cura et stude et continuo. Si autem ad hoc punctum fuerit. ut infirmus in loco morsus. aliquod unum de accidentibus que nominauimus presenserit. ex medicinis quas ibi retulimus sanetur. Ideoque oportet ut nemo cum animali ludat quod ignorat. neque rem quam nescit in os suum mittat. in corpus suum ex ipsa fricam faciat. In mansionibus quoque ubi huiusmodi animalium timor existit. fenestre claudantur. et se ut preteri diximus si deo placuerit custodiat.

Descriptio medicaminis de asa que ad frigida uenena fiat. et ad ictus scorpionum. et tirele morsus. nec non egritudinibus frigidis confert. Recipe foliorum rute sicce. costi. mentastri sicci. piretri. cordumeni. omnium partes equales. asse quantum est omnium. piper quantum. mellis quod sufficiat. dosis ei que imponitur sumitur. a magnitudine incipiens auellane. usque ad nucis perueniens magnitudinem.

Medicamen ex nucibus et ficubus. quod omnis uenenorum uenenosorum animalium morsos nocere prohibet. Recipe nucum adhibi corticibus excorticatarum partem unam. salis gem dinosi. foliorum rute. amborum ana sextam unius partis. ficuum albarum quantum ad predictorum sufficiat commixtionem. Ex quibus cum commixta fuerint. nucis fiat similitudo et comedatur. Quibus uti sapiat quicumque ne ueneno perimatur timet. et sumat ex ea et ante cibum suum. Hoc namque est medicamen quod uenena expellit.

Tiriaca de terra sigillata que est experta. nam si ex ea aliquis potauerit qui uenenum sumpserit. uomere non cessabit donec totum euomat uenenum. Recipe terre sigillate bacarum lauri. utriusque partes equales. terantur. et cum butiro uaccino fungantur et mille conficiantur.

et exponatur medicamini · de quo ante cibum in quo ma-
la habetur suspitio aut post eum aliquid sumatur ·
aut si cum malum super venenum accidens · nam si ea
verius venenum sumpserit · illico cum vomitum faci-
et · Et si venenum non acceperit · nequaquam vomitum
accidere faciet advenire · Quapropter donec vomitum
affuerit · ipsum in potu dandum erit · post hec autem si-
gnificationes que apparent fuerint attendende · et ex
medicaminis quas diximus cum adhibenda · Tyr-
triacum quod est medicamen nobile · Quo si quis
assidue utitur · cui parum spes tribuatur preciosa ·
non ei nocebit · cum hec quoque cibi appetitum con-
fortat · coitumque commovet · et colorem reddit pul-
crum · atque malas egritudines excolat ingeri · et
confabulationem anime provenientes removet ·
urine quoque difficultatem solvit · et antiquo
ventris fluxui auxiliatur · visumque nec non omnes
alios acuit sensus · Recipe mirre · croci orientalis ·
agarici · zinziberis · cinnamomi · omnium ana ʒ ·
x · thuris · macis · nardi · nasturcii · squinanti · cili-
xilobalsami · stecados · siseleos · costi dulcis · gal-
bani · terbentine · macropiperis · castorei · ypo-
quistidos · storacis liquide · opopanacis · folii · ci-
um ana ʒ · viii · cassie lignee · melanopiperis ·
leucopiperis · meliloti · polii · scordeon · dau-
ci · opobalsami · carpobalsami · medicaminis
de fusio · bdellii iudaici · omnium ana ʒ · vii ·
spice celtice · amoniaci · mastice · gummi arabi-
ci · seminis feniculi · rosarum siccarum · olibani · cor-
dumeni · gentiane romane · pulegii cervini ·
omnium ana ʒ · v · anisi · mei · acacie · fu-
ufel · ypericon · unguinis stinci · omnium ana ʒ ·
· iiii · asari · sampsuci · amborum ana ʒ · iii · opii
ʒ · v · foliorum rute ʒ · ii · et ʒ · conficiatur sic · gumme
vino infundantur veteri · et in mortario donec
mollescant cum pistello agitantur · deinde cum
melle dispumato quod sufficiat conficiantur · de hac autem
medicamine quantum est avellana · aut parum plus ·
aut parum minus est dandum · Cum autem aliquod su-
pervenerit accidens · et fuerit necesse hec medicamina
loco tiriace sumere · bibat circa quantum est nuxu-
na · Tiriaca de fusio · que in medicamento recipi-
tur · Recipe pastillarum mundarum ʒ · iiii · terbentine ·
ʒ · xxiiii · mirre · squinanti · amborum ana ʒ ·
· xii · cinnamomi · bdellii · blactebizantie · spice
celtice · xilocassie · meliloti · api · bacarum lau-
ri · omnium ana ʒ · iii · calami aromatici ʒ ·
· viii · croci orientalis · aspalti · amborum ana ʒ ·
· ii · et ʒ · conficiatur sic · ea que mollificari possunt in
vino veteri posita resolvantur donec liquida fiant ·

Alia autem omnia trita et cribellata cum eis coniungan-
tur · et cum melle dispumato confecta et in vitrea re-
ponantur · Hec namque est summa curationis venenorum
quorum non habetur notitia · Cum autem que sint ex
eorum signis que dicturi sumus scire potest · cum cu-
ra que eis est propria sanentur · De morsibus
Cum vipera aliquem momorderit · viperarum
locus qui est super morsum vipere · fortissime
est ligandus · Quod si morsus in membro fuerit pro-
fundique morsus generis viperarum que pessime
esse cognoscuntur · de quibus non speratur ut ab
eis morsi evadere possint · membrum illico subli-
gatum abscidatur · Si autem vipera talis non fuerit ·
patienti illico detur tiriaca de vipera facta · non
enim usque ad hoc nostrum tempus invenimus quod a
peiorum morsibus magis hac medicina liberari
possit · preter quam recens est · Quod si hec tiriaca non est
presens · tiriaca metridatis et trocisci de herbo
dentur · Trociscorum vero de herbo hec est descriptio ·
Recipe seminis anticolie · aristologie rotunde · piga-
ni · farine herbe · omnium partes equales · ex istis
tritis · et cum aceto commixtis fiant trocisci · de quibus
pondus unius aurei cum uncia vini veteris in
potu tribuatur · huius namque medicine virtus ·
operationi maioris tiriace in hoc capitulo vici-
na existit · aut etiam detur patienti pondus duorum
aureorum de asa · cum uncia una vini · Butirum
quoque vaccinum et mel multotiens · atque cibos
unctuosos · et allia multa · et nuces comedat ·
et vinum vetus in potu sumat · Cibarium etiam ex mu-
cibis et alliis ei preparetur · post cuius comestionem
vinum vetus et fortissimum bibat · loco preterea
in quo est morsus · ventosa cum scarificatione
supponatur · Emplastrum etiam quod in capitulo de ulceribus
diximus · adhibeatur · Et loca que sunt in circui-
tu putrefactionis · ex bolo armeno et lentibus
excorticatis · et aceto vini epithimentur · Eger
quoque fomentetur · deinde que harum duarum rerum
maiorem ei inferat timorem considerandum · videlicet
an accidentia que morsus loco accidunt · aut
ea que toti accidunt corpori · Nam si sincopis et ca-
sus ac sudor frigidus ei acciderint · tunc tua solli-
citudo sit magis ad resistendum istis · quam eis
que in loco morsus fiunt · Quapropter locus qui
morsus est · non est curandus nisi cum eis solum que
tribuunt · postquam vero iam dicta accidentia
omnia quieverint · et remota fuerint · et egro
non timetur nisi ex loco morsus · ne scilicet inde ulce-
ra mala et putrefactio fiant · tiriacha tunc
egro non approximet · nec vinum · nec medicine

calide sunt ei tribuende. Verum ipse est minuen-
dus. et ipsi regimen est instituendum. et locus cum me-
dicamine ulcerum pessimorum est sanandus. et est
cooperiendo. et toto abscidendo. cum hoc necesse fuerit. vi-
delicet si viderit putrefactionem cito de loco ad
locum transire. De his autem que a diversis mor-
sus proprie faciunt. est ut canes affati egro et
multociens dente. Et certe hec tiriaca ultima
propria magna secta bonorum physicorum iam te-
stificatum est quod ad morsus viperarum quantum tiria-
ca maior valet. Cuius hec est descriptio. Recipe
anisi. ʒ. x. piperis. ʒ. iiii. aristol. rotunde ca-
storei amborum ana. ʒ. ii. s. conficiantur cum ca-
reno. de qua quantum est nucis magnitudo in po-
tu tribuatur. Qui vero a vipera morsus est aut
qui napellos in potu sumpsit. ne ea die
dormiat prohibendus est. ¶ Tiriaca de viperis
et ipsa est tiriaca magna. Recipe trociscorum vipe-
rarum pondus. xxiiii. aureorum. trociscorum
squilliticorum pondus. xlviii. aureorum. trocis-
corum andromachon. aureos. xxiiii. mela-
nopiperis. macropiperis amborum aureos. xxiiii.
opii. cinamomi. rosarum rubearum tritarum. se-
a. mpistri | minis napi silvestris. scordeon. yreos. agari-
ci. succi liquiritie. balsami puri. omnium ana
pondus aureorum. xii. mirre. croci orientalis. zin-
ziberis. reuponticum. radicum pentafilon. men-
tastri montani. prasii. olixatri. sticados
arabici. costi amari. leucopiperis. pulegii
cretici. olibani. squinanti floris. terbentine.
xilocassie nigre. spice indice. polii. omnium ana
pondus. vi. aureorum. storacis liquidi. seminis apii.
siseleos. nasturtii babilonici. ameos. came-
dreos. camepitheos. ypoquistidos. spice cel-
tice. folii indi. gentiane romane. seminis
maratri. terre sigillate. colcothar. amo-
mi. nasturtii albi. acori. carpobalsami. y-
pericon. fu. gummi arabici. cordumeni. ani-
si. acacie. sacapini. omnium ana. iiii. aure-
os. dauci. galbani. asphalti. opoponacis. cen-
taurie minoris. aristol. rotunde. castorei.
omnium ana. ii. aureos. mellis dispumati lib. x.
vini bene redolentis et clari ac puri lib. iii.
Opium et mirra et ypoquistidos et sacapinum et suc-
cus liquiritie. et storax liquida. et acatia
et opoponacum sumantur. et omnia hec in mortario
posita cum pauco melle dispumato move-
antur donec mollescant. deinde ex vino infun-
dantur. et per tres dies in vase vitreato mane-
re permittantur. postea spica et cinamomum et crocum

et cassia lignea. et nasturtium. atque castoreum. et
folium. et terra sigillata. et colcothar. et aspal-
tum. ac amomum. omnia hec trita in mortario com-
misceantur. et ex vino aspergantur donec uniantur.
deinde mel. et gummi arabicum. et terbentina. et
galbanum. et balsamum sumantur et in cazola po-
sita donec mixta sint agitentur. quibus super-
mixta alie medicine que in mortario sunt adiun-
gantur. et cum omnia simul fuerint. terantur et agi-
tentur donec bene sint mixta. deinde quod ex
eis fit in pixide argentea aut stagnea que me-
dicamen hoc in omnibus partibus suis capere possit. re-
ponatur. vas autem hoc non sit plenum. cuius os cum co-
no optime ligetur. cotidie tamen discoopia-
tur. ac per unam horam mane permittatur. Ex
hac quoque medicina non nisi post sex menses aliquid
sumatur. ¶ Trocisci de viperis. Sumantur vipere fe-
mine. que in hoc discernuntur quod plures duobus
habent dentes. masculini vero sexus. duos tantum
habent dentes. ex quibus eligantur ille tantum que rufo
vicinantur colori. et sunt cito mobiles. capiuntur
frequenter agitantes. et que sunt bone habitudi-
nis. et pingues. oculos habentes rubeos. et capi-
te lata. quarum animus iuxta caudam invenitur.
Que tempore veris colligantur. mense. s. madio.
Ille tamen que in litoribus maris morantur. aut
in lacubus. vel in locis que aque salse vicina exi-
stunt. nequaquam accipiantur. Cum autem col-
lecte fuerint. illico ex earum capitibus et cau-
dis quantum est quatuor digitorum mensura absciden-
tur. Et si post abscisionem moveantur et agitentur.
sanguinisque multitudo ab eis fluxerit. ele-
cte sunt et congrue. Quod si huius contrarium contin-
gat. nullo modo in medicamine eorum ponen-
de. Deinde earum coria detrahantur et abiciantur.
et quod in earum ventribus est extrinsecum expellatur. quod
autem reliquum est cum aqua dulci lavetur et mun-
detur. et per frusta incisum in cacabo nova mun-
da cum aqua et sale et aneto donec dissolvatur
et caro separetur ab ossibus coquatur. deinde proici-
antur ossa. et ius acriter coletur. Ignis vero cum
quo coquitur sit fortis. qui de carbonibus illicis
vel quercinis fiat. Caro quoque prematur ut humor
qui est in ea egrediatur. deinde de ea in pondere
sumatur. cum quantum est ei quarta pars de tortellis
admisceatur. quos purum frumentum habentes. azimo pani
sint vicine. nichil acetositatis in se habentes.
Et optime desiccate. terantur donec sit ut
alcohol. deinceps cum carne simul terantur.
et ex pari quantitate unius sumantur. Ex quibus

postquam multociens terre et humi fuerint commixte
trociscos informentur subtiles. Qui uero eos confi
cit manus et digitos ex balsamo inungat. Et
in umbra desiccet singulis horis reuoluendo.
Cum enim desiccantur in uase sicco mittantur humo
rositatis expertes esse debent postquam autem bene de
siccati fuerint in uase uitreo recondantur. ¶ Tro
cisci squillitici. Recipe que squille uocantur in parte
quo meridiem contineat sumantur quia tunc sunt maxi
me neque parvissime et ex pasta cooperte in fur
no super lateream posite assari permittantur. Cum
autem pasta qua cooperte sunt assata fuerit ex
trahantur et priuatur pasta et quod ei adheserit
et quod intus est accipiatur cui quantum est eius medietas
de farina herbi trita et cum subtilissimo
panno cribellata admisceantur. Que postquam
sic fuerint terantur et misceantur aliquociens
et ex uino donec humi sint mixta imbibantur
et informentur trocisci. Qui autem eos informat
ex oleo roseo inungat manus suas et tro
ciscos informando eos sicut diximus faciat et in
uase uitreo recondat. ¶ Trocisci andaro
choron. Recipe darsenalan. calami aromati
ci. costi. xilobalsami. asari. polii. amomi.
mastices. floris cotule albe. fu. omnium ana
pondus sex aureorum. floris squinanti pondus
xx. aureorum. cinnamomi. xilocassie. cina
momi omnium ana. aureos. xx. spice in
dice folii. amborum ana. aureos. xvi. mirre
aureos. xxiiii. cere orientalis aureos
xii. terantur omnia et cribellentur et cum uino
redolente conficiantur. ex quibus informentur
trocisci et siccentur in umbra. ¶ Probatio
tiriache. pullo autem cum parum de napellus
detur. aut uipera super eum incitetur quod ipsum mor
deat. mox in ore parum de tiriaca illico ponatur
et conseruabitur illesus si deus noluerit. aut scam
monea ad bibendum ei tribuatur. cum postquam
uenter fluere ceperit. tiriaca tribuatur. ad a
uellane magnitudinem. et restringet uentrem.
patienti quoque uomitum multum et uehemen
tem similiter facit. De maioribus uero eius uti
litatibus est quod amoribus impar et uenenis
pluribus inferentibus que quibusdam dantur
illesos conseruat. et quod lepre confert. ad multa
preterea alia remedium affert. exceptis istis.

De hiis que scorpionum ... De puncturis scorpionum.

De his que scorpionum
confert puncturis. est bibere pondus unius
aurei cum aqua aut uino ex indicis collo
quintidarum siccis. aut unius aurei pondus ex medicina
de asa cum una uncia uini. aut locum qui est
super puncturam stringere. et ex oleo de ben et aqua
calida embrocare. et cum sambucino in quo cu
bebarum et euforbium confecta fuerint inungere.
atque cum eo locum fortissime fricare. ¶ Tiria
cha que ualde scorpionum puncturis proficit.
Recipe indici cortici capparis. absinthii nabu
tici. aristologie. gentiane omnium partes equales. de
sic huius in potu sit ʒ. iii. et enim congrua. ¶ Ti
riacha diatesseron. que puncturis scorpio
num et aliorum reptilium et plurimis uenenis
confert. et magne tiriace in bonitate uicina
existit. Recipe gentiane aristologie. baccarum lauri.
mirre. omnium partes equales. hec cum melle
confecta in uase reponantur. et ex hac medici
na cum necesse fuerit. in potu a binis aureis usque
ad duos et dimidium cum uncia una uetusti ui
ni sumatur. ¶ Tiriacha que scorpionum punc
turis uehementer auxiliatur. Recipe gentiane. a
ristologie. mirre. costi. castorei. rute. mitrasti
sici. piretri. zinziberis. piperis. nigelle.
ase. omnium partes equales. conficiantur cum
melle. detur ex ea ad nucis magnitudinem
cum uino. Quod si de predictis medicinis nul
lam habueris. uinum uetus et allia ad comeden
dum tribue. atque ex eis loco emplastrum sup
pone. locum quoque assidue cum igne cale
facias. et cum medicinis calidis quas ha
bere poteris. Cum autem tiriacam dederis. et
dolor sedatus fuerit. si febris superueniat. se
quenti die summo mane egrum stoma. et aquam
ordei ac ciba uitam ultime humectantis ei trib
bue. et in ipsis cautela ne egritudinem incur
rat acutam studet. Omnis preterea abstinendus
ab apii comestione qui in locis sunt ubi
scorpionum multitudo aut iamiter habe
tur. uideo. De puncturis aliamti.

Hi sunt scorpiones parui ualde. caudas
post se trahentes. et sunt in finibus chorasan. cuius
habitatores tiriacam optimam inuenerunt. que
excecatiualis dicitur. tiriacha. cuius hec est descrip
tio. ¶ Tiriacha excecatiualis. Recipe corticis indie
capparis. radicum collo quintide. absinthii
romani. aristologie rotunde. herbe que uocatur lin
gua calidorum. hazez. tiroximel siluestris sic
ce. ex his omnibus bene puluerizatis ʒ. ii. tri
buantur. et illud preterea quo medici utuntur in
huius egritudinis cura. est quod ei qui punctus
est de tiroximel siluestri sicci quantum ter manu
una contineri potest tribuunt. et que poma acetosa

Sterna chose est iuxta locum ubi
alexander induxit gog et magog.

dant ad comedendū · 7 qđ ď sauich pomoꝝ
cum aqua frida donant · aut cū iulep ꝗđ
Sauich pomoꝝ fit ut sauich ď tritico · qꝫ coquitur cū multa aqua · 7 cū infrigidata fuerint cū aq̃ frida dantur ·
simult' ei supueniat
calor · aquā ordei ad
potandū tribue · Et
si uentris dolorē cū
incisione senserit ·
da ei ad potandū ole
um rosatū cū aqua ordei · 7 citrolos ac cu
curbitam · 7 lac acetosum ei tribue · Jn lo
co quoq; puncture uentosa ponat' · 7 illi
co sugget' · locus p̄stea obuint' · 7 medici
ne calidissime ď supponant' · Negligentia
inde in hac punctura cum licet dolor
qui in eis sentit' sit debil' habenda nō ē · Ex
istis namq; puncturis in p̄ncipio fortis nō
accidit dolor · p̄t unū aūt aut duos dies ·
pessima ꝯsequit' accidentia · lingua nāq;
fit ut apostib; plena · Accidunt ē ei sang̃
nis minct' · 7 sincopis · ac cordis tremor · Si
aūt uenē ei qui ē punct' sit strict' · Jnectio
ex suco siccle · 7 bauinach · 7 olo uiolato ei p
clistere fiat · Cui si forte inuenerit angu
stiam · suc' maloꝝ acetosoꝝ · 7 granatoꝝ
acetosoꝝ · 7 oleū rosatū atq; aqua ordei · 7
lac stritum muletū tribuant · Si uō infir
mum sanguinē mingē ꝯtingat · ipm p
us floma · deinde de medicinis ad h̄ noiā
tis ei in potu aliquā tribue · ius quoq; p̄
guium pulloꝝ cum potu faciās · lin
gua quoq; si q̄ apostib; plena fuit · ue
na que ē sub ea incidat' · atq; gargarism'
ď suco endiuie 7 sirupo acetoso ei fiat · tre
mor aūt cordis uehemens si accidit · sauich
de pomis cū sirupo de pomis · atq; lac aceto
sum cū trociscis ď camphora patienti done
tur · Jstis enī medicinis 7 eaꝝ similib; utunt'
medici cum morsus curare uolunt ·
Tiriaca tn̄ excitatiua' nō ob aliud h̄ ponit'
nisi ꝑp̄ famā que apud uulg' ē · s · qđ scor
pionū puncturis ꝑficiat · ¶ Tiriaca q̄ mor
sib; ꝯgruit curat' · R̄ oxymel siluris sic
ce · foliorꝝ maloꝝ acetosoꝝ · coriandri sic
ci omi ū ptes equales · bibat' exea q̄ntū t b'
nucib; ore capi post · Q̄ si corporio i loco mor
sus accidit · cum medicamine acuto curet'
7 ea que sunt in ipsi cirurgi · ex dolo ar me
no 7 forti aceto epithimet' · 7 cum aliis me
dicaminib; q̄ in cura pessimoꝝ ul' crec 7 cō
rodentiū nominamus · sanet · ď morsib; tutele · 7
siptu · 7 arane ·

Ruteia ē animal paruo araneo assimilatū ·
qui nocent' ꝑhibit · mu scris uenari solet · Si
pti uō magno araneo longos h̄nt pedes as
similat' · Tarantule aūt multe sūt sp̄es · quib;
egyptiaci terroꝝ imperant · Ex eis aūt sūt q̄
dam que parū nocent · Ex morsu aūt ei q̄ ē
rubea · sequitur ista · uidelicet fortis dolor · 7
extremitati duities · Sꝫ ex morsu ei que ē ni
gris · accidit puris dolor · 7 prurit' qui ueloci
ter sedat' · Et ex morsu ei que depicta appa
ret · accidentia ista sequitur · fortis dolor · 7 i
corpore frigiditas · 7 tremor · Ex alia aūt tute
le morsu · purus dolor · 7 prurit' · atq; uentris
fluxus accidunt · Sꝫ ex morsu ei q̄ sup dor
sum lucentes h̄t lineas 7 uocantur stellata
purus dolor 7 prurit' atq; stupor · 7 corporis re
laxatio ꝯsequitur · Ex morsu quoq; eius q̄ ē
citrina sup se uillos h̄ns · accidit dolor ue
hementissimus · 7 tremor · ac sudor · 7 uentris i
flatio · 7 fortasse mors inde sequitur · Omniū
uō curatio communis ē ut patientes in aqua
calida in dolii sitate ponantur · donec dolor ab
eis remoueat' · nam cū medici ꝑ horas unā se
derint · quiescit hora · Cū aūt exierint ď aq̃ ·
dolor reuertit' · Cum ḡ dolorē p̄t quā ď aqua
exierint sedari ꝯspexis · loca ex aqua i qua ꝫ
multū sal' resolutū fuit · lune · corpus quoq;
eoꝝ calefac · cosq; eadē die balneū ingredi
fac · 7 eos sudare fac · 7 dieb; p̄t eam alig t ·
loco templum excine qui fit ď ligno fici · 7
caulē 7 ebuli · ex aqua calida ꝯspersis · suppone
patientem quasi q̄ntitate duaꝝ · ʒ · nigelle tri
bue · ille ē siptu momorderit · cū tali medica
mine quale est istud q̄uit' · ¶ Tiriaca alia
ad morsus tutele utilis ꝑbata · R̄ nigelle · ʒ · x ·
cauca · 7 cumini · amboꝝ ana · ʒ · v · seminis acet
gallaꝝ capsti · amboꝝ ana · ʒ · iii · spice inde ·
bacceꝝ lauri · aristol' rotunde · carpobalsami ·
cinamomi · genciane · seminis anca choche · sem
apii · omnium ana · ʒ · ii · ꝯficiant' cū melle · det'
exea ad nucis magnitudinē cū uino ueti · ad
hoc p̄sta offert · ut medicine scorpionū dcit' ·
¶ Araneoꝝ uero quidā sunt ex quoꝝ morsu ad
eo seua ꝯsequitur accidentia · ut extremitates
infrigidentur · 7 oculus ꝯtrahitur · atq; uirga eri
gitur · 7 tenditur · 7 uenter uento implent' · J
istis uō uinū siccū · 7 cepe cū uino dari debent ·
7 ut in balneo sudent elaborandū · Vinū quoq;
purū toto illo die licet paulatim i potu ē tribu
endū · ď puncturis uespaꝝ · 7 apū · 7 formicaꝝ uolantiū ·

Fal' sordo

·i· impax

·l· villosa

quē

Ad hoc offert locum ex aceto et luto maxime li-
niri. Pannum quoque aceto infusum et super nive infri-
gidatum desuper ponere. Beneficium quoque prestat e-
xemplum ex ienticula decoctionis ex aceto imbibi-
ta suppositum. Et aquam nivis continue desuper pro-
fundere donec locus reddatur stupidus. multum
auxiliatur. post hoc autem locus ex camphora et
aqua rosata liniatur. quod non semel sed multotiens
fieri debet. pannum quoque in aqua rosata infusi-
mus desuper sunt ponendi. atque de glacie aliquid
sano est immittendum. De aqua et cum nive multum
tamen in potu sumat donec satietur. Cui post hec
cum foliis basilicon aut cum muscis est frictandus.
Quod si fortis in corpore calor acciderit. rob de
succo uve acerbe et psillium in potu sumatur. E-
ger preterea multum ex caulis et endivia ac lac-
tucis edat. et aquam et acetum. nec non sirupum ue-
hementis acetositatis cum succo granatorum et psillio
bibat. Locus etiam mox multotiens sugatur. Cui
etiam offert ut cauli aut portulaca aut solatrum
aut sempiviva. aut his similia supponantur.
Ad hoc idem valet ut coriandrum siccum et pul-
verizatum quantum ter manu capi potest cum zucaro
et aqua frigida ad bibendum tribuatur. Et ut lo-
cus cum foliis ienbuth fricetur. De morsibus stel-
lionis et lacerte.

Quoniam hec animalia aliquem
mordent. dentes in loco morsus dimittunt.
ideoque dolor permanet donec dentes inde evel-
lantur. De his vero que eos exire faciunt. Est ut
locus cum oleo et cinere fricetur donec egredi-
antur. Deinde ex cinere cum oleo commixto emplastrum
loco supponatur. Quod si dolor perseveraverit. locus
est sugendus. preterea infirmus in aqua calida
mittendus. et de tiriaca ad mitigandum morsus
fricata etiam ei tribuendum. De his que venenosa
animalia et serpentes et lupos fugant.

Catti et furones ac pavones nec non grues et
aquatica volatilia et his similia quorum natura
est venenosa capere animalia in curtibus sunt nu-
trienda et tenenda. In locis vero valde timoro-
sis et putridis alendi sunt cervi et furones. ac
smaragdus melior quam potest haberi tenenda est.
Lampas quoque valde luminosa longe a lecto
remota ibi est ponenda. iuxta quam sint ho-
mines qui vicissim dormiant super lectos iacen-
tes. Qui legant et loquantur vocibus in mediocri-
tate non egredientibus. Venenosa namque anima-
lia ad eos ibunt. De his autem que precipue ser-
pentes expellunt. Est ut domus cum cornibus cervi
aut ungulis capre et sulphure et cum capillis et
humanis suffumigetur. Basilisci quoque si in
foraminibus serpentium mittantur. et si domus cum
galbano suffumigata fuerit. serpentes fugi-
ent. Domus etiam si ex aqua in qua sal ammoniacum
fuerit dissolutum roretur. serpens nullo modo ei appro-
ximabit. Et si de hac aqua in eorum fundatur fora-
minibus. moriuntur. Siquis etiam salem ammoniacum
in ore tenuerit donec dissolvatur. et postea in os
spuerit serpentis. morietur. Domus preterea si ex pi-
ce aut bdellio suffumigata fuerit. fugabuntur
serpentes. Similiter etiam fugiunt si ex sarapino fi-
at suffumigatio. Ex pinnis quoque ex allii
tunica inunctis. et in ipsorum foraminibus missis.
expelluntur. Locus etiam si ex abrotano stratus
fuerit. fugient ab eo serpentes. Ideoque si in orto
ex eo multum fuerit. fugient ab eo. Fumus quoque
qui fit de lignis granatorum. expellit serpentes
et venenosorum animalium plurima. Sinapi etiam
tritum et in ipsorum foraminibus positum. fugat
serpentes. Dicitur etiam quod si vipera bona intueatur
smaragdum. mox ei oculi eliquantur. et fluunt
a capite. Si autem scorpiones multi capiantur.
et ex eis domus suffumigetur. omnes alii fugi-
ent. Domus preterea si cum sulphure et ungula asi-
ni et galbano suffumigata fuerit. fugabuntur.
Oleum quoque in ipsorum foraminibus si fusum fuerit.
non inde ulterius exibunt. immo fugient. Formice
preterea comedunt scorpiones. et propter eos qui
nocent gemunt. Asa quoque si in aqua dissol-
vatur et ex ea locus roretur. non ibi approximabunt.
Et si prime liniant ex allii tunica aut ex asa
resoluta. et ipsorum foramina ex eis inungendo
circuiderint. non exibunt inde ulterius. Quandam autem
herba que vocatur cancer in lecto posita fu-
erit. stupefiunt pulices et inebriantur. et neque sa-
lire neque se movere possunt. immo facile ca-
piuntur. Domus quoque si ex aqua in qua absin-
thium et coloquintida et nigella cocta fuerint ro-
rata fuerit. interficiuntur. Quidam quoque dicunt
quod si in medio domus cavando fiat fovea et ibi
parum sanguinis fundatur. omnes in illa congrega-
buntur. Domus etiam si ex aqua in qua basilicon coc-
ta fuerit roretur. pulices omnino destruentur. Aqua si-
militer in qua ruta cocta fuerit aut oleander
eos interficit. Cimices vero atque scarabei ex fu-
mo pulee et ex fumo stercoris vaccini et quam
maxime ex fumo azegi et nigelle fugantur.
Et si cimices ex spodio suffumigentur licet post-
ea mordeant. non multum tamen inferunt nocu-
mentum. Saphea quoque cera oleo inuncta et iuxta

lectum posita valet ad hoc. Quidam preterea
dicunt fumum ex foliis vulp[is] scambeos fu-
gare. Visceris quoque aqua in qua coquitur
elleborus niger inficiat. et arsenici citrini o-
dor. ac suffumigatio cum olibano eas necat.
Mures autem inficiunt. si ex mercurio sengi (?)
et ex squama ferri et gallia metallina et ex
eius quolibet istorum accepto et cum farina si-
mul confecto et projecto comederint. et finiet eos
omnino. Sed si domus cum azegi suffumigata
fuerit. fugiunt. Quidam etiam retulerunt quod si
unus ex muribus castretur et dimittatur. omnes
alios inficiet mures. et finiet eos omnino. Et
quod si unus ex muribus capiatur et subtili cor-
da in medio domus ligetur. alii ab eo fugi-
ent. neque de suis egredientur foraminibus. Di-
cunt etiam quod si quis unum ceperit murem. vel ex-
coriaverit faciem. et dimiserit eum. omnes alii fu-
gabuntur. Formice inde fugantur ex albu-
tinn (?) et ex sulphure et exasa. Et si ex istis in
eorum foraminibus aliquid mittitur. moriuntur. Et
si ex eo circa foramen epithima fiat. non
exibunt. De beluis autem dicunt quod leo propter
gallum album. et propter murem fugit / et ad ipsum non ap-
proximat loco ubi est squilla. Dicunt quoque
quod leopardus terretur propter arborem que vocatur leo-
pardi arborem. et quod leo timet propter lignum quod vo-
catur sindau. Cati autem silvestres et dalac
ex suco rute et amigdalarum amararum fugi-
unt. Cepe quoque que vocatur squilla. et
ellebor[us]. porcos et canes atque leones. nec non
ex belluis plurimas inficiunt. Herba (?) est que leopar-
dum strangulans vocatur. leopardum cito in-
terficit. De morsibus canis non rabiosi. et be-

Horum morsus luporum et furonum et hominum.
tunc est deterior. cum sunt famelici. Quorum mor-
sibus confert cepas et salem ac mel ponere una et
nocte supponere. deinde cum unguento mu[n]di-
ficentur. quod fit ex cera et sepo et pice atque
galbano. Hoc enim unguentum plus omnibus
aliis unguentis morsibus et perforationibus que
ex unguibus avium fiunt confert. atque omnibus
vulneribus cum quibus accidit attritio
aut separatio magis auxiliatur. Est etiam utile
ut morsus canis et hominis a principio cum isto
curetur unguento. Morsibus vero leonis atque
leopardi et phehet (?) in principio sunt ea ad-
hibenda que attrahant. deinde loca cum
aceto et sale lavanda. et ad ultimum cum isto
unguento medicanda si deus voluerit.

Nocumentum. De morsibus canis rabiosi.
quod huius canis morsus sequitur. vehementis-
sime magnum iudicatur. ideoque nos oportet
in notandis signis quibus hic canis dignosca-
tur amplificare verba. quatinus ab eo fugi-
atur. aut cito inficiatur (?). Dicemus itaque quod
canis iste plerumque incurrit rabiem in diebus
canicularibus. et quandoque in hieme. Qui postquam
eam incurrerint. a comestione prohibentur.
Aquam quoque si viderit ab ea fugit. atque
quandoque moritur cum aquam intuitus fuerit. Os quoque
suum aperit. et linguam foras extrahit. ac ab
eius ore spuma fluit. et ex naribus suis hu-
miditas. Oculi preterea rubent ut sanguis.
Caputque suum ad terram inclinat. et caudam re-
laxat. et inter coxas demittit. diversisque ut
ebrius vacillat motibus. et ad omnes vadit quos
videt. et eos vult mordere. dominos etiam
suos non agnoscit. Alii vero canes ab eo
fugiunt. Ipse quoque non latrat nisi parum. et cum
latrare incipit. vox eius rauca auditur. Ista
que signa cum in eo canie visa fuerint. aut ali-
quod ex eis. mox inficiendus est. et ab eo fugi-
endum. Ille vero quem canis iste morderet. non ex-
timat in principio quod ipsius morsus eum ledat.
Sed mala accidentia parum post ei eveniunt. ex
aqua namque terretur. nec eam bibit. immo eam
videns tremit. et anxiatur. et fortasse spas-
matur ac moritur. Ex omni preterea re bullita
et liquefacta terretur et fugit ab ea donec
siti moritur. Ipse inde quandoque incurrit rabiem.
et stringendo tenet homines et mordet eos. Ex
cuius morsu accidit id quod ex morsu canis
rabiosi evenire solet. Cum igitur canem qui homi-
nem momordit cognoveris. et quod ipso aliquod
istorum signorum perpendis. cito succurre. et ven-
tosas morsui suppone. et diutissime ac mul-
tum suggantur. scarificetur quoque ac sanguinis
extrahatur multitudo. deinde super locum
morsus medicamina que ipsum dilatent. et con-
lidam (?) prohibeant pone. ut sunt ficus. et eruca.
atque cepe. cum butiro confecte. Unguentum quorum
quod locum ulcerat est adhibendum. quod fit ex
liquore anacardi. et pice. sicut est in suo capi-
tulo nominatum. Si autem in principio ex quo
morsus fuit locum combusseris. melius confert.
Ventosas tamen atque combustionem usque ad tres
tamen dies exercere debes. postquam vero tres transi-
erint dies. egrum non fugies. quia iam venenum
in corpore totum diffusum est. sed vulnus nullo modo consolidari

g. Valitana (?) ... (?)
f. de lupo
c. s. muribus
c. i. setbin (?)
c. v. fera gsut siles (?) ursis
c. l' meislo (?)
c. in vulneri (?)

penitus permittas. ita ut emplastrum ex eruca et
butiro et ex aliquo eorum que diximus supponas.
deinde redi ad curationem perfectam. antequam
ab aqua terreri incipiat. quia postquam ab aqua ter
reri cepit. euadere non potuit. horum uero quidam
sunt qui post ebdomadam unam ab aqua terrentur.
et sunt alii qui post duas ebdomadas. alii
autem qui post .xl. dies terrentur. quinque etiam reperi
untur quidam qui non nisi post sex menses. aut annum
unum terrentur. Et isti quidem sunt oppiniones
habentes humi dissimiles. in principio itaque cu
re eorum. uentrem cum pillulis et medicaminis nomina
tis in capitulo melencolie soluere incipe. eos que
eodem ciborum ac balnei regimine confirma. lac
quoque atque uinum cum aqua multum temperatum
eis ad bibendum tribue. et stude ut eorum corporis
incrassitie augmentetur. sicut in capitulo de melia
dictum sunt. dietam quoque cum carne et
confectionibus ex melle et uino amplifica. Eis
insuper fac ut multum dormiant et letentur.
atque quiescant. et adulcinum regimine me
lancoliam habentium eos confirma. Medicamen quoque
galieni eis ad bibendum tribue. Descriptio
medicaminis galieni. Cancros fluuiales su
me. et in olla positos in furno donec teren
comburantur. et ne multum teratur caue. De quibus
postquam triueris partem .x. et olibani partem unam
accipe et coniuncta simul tere. deinde recede.
et cum opus fuerit egro cotidie .ʒ. ii. in mane.
et alias duas contra noctem cum aqua frigida his
diebus quibus non das medicinam uentris soluti
uam ad bibendum tribue. hoc uero multis diebus
facere debes. Galienus namque refert se num
quam uidisse aliquem a cane rabioso morsum.
ab aqua terrefactum postquam ex hoc medicami
ne aliquid ei datum fuit. postquam autem ab aqua
terrefactus est uix umquam liberabitur. In ipso
tamen quedam spei licet parum habentes. Ipsum
itaque in loco frigido statue. et ingenia qua
liter in os eius longam mittas cannulam. per
ius locum occultum ne eam uidere possit aquam
immittas. Caput eius ipsi ac totum corpus ex oleo
roseo infunde. deinde aquam et oleum roseum ac
sucum psillii et portulace et his similium. percussione
inice. ideo uidelicet ut de eius sitis aliquid
mitigetur. nos quoque in hospitali quendam ha
buimus quem canis rabiosus momordit hu
mus. qui in nocte latrabat. Et uidi quod ab
aqua que ei dabatur non terrebatur immo eam pete
bat. et ex forti siti concupiebat. Cum autem aquam
ei daremus. ipsam abhominabatur. et dicebat
quod sordes catulorum essent. Et cum quereremus quas sor
des in ea essent. dicebat intestina canum et
catulorum in ea esse. et rogabat nos ut aliam ei aquam
daremus. Cumque aliam ei afferremus aquam. di
cebat ut prius. et lingua latrabat nobiscum. et miscebat
 atque rogabat et adiurabat nos per deum.
ut aquam mundam et bonam ei daremus. Medici
quoque uiri secte dixerunt. quod si canis aliquem
momorderit. et ignorauerit utrum sit rabiosus
an non. accipiat unum frustum panis et intingat
in sanguine qui exiuit ex morsu. et alii det
cani. qui si comederit. sciat canem qui eum
momordit rabiosum non fuisse. Quod si non co
mederit. canis procul dubio rabiosus fuit.
aut ex nucibus contritis emplastrum loco suppo
situm per noctem unam dimittat. deinde gallo
aut galline multum famelico prohiciatur
nam si canis rabiosus fuit. non inde comedet.
aut si comederit in mane morietur. Ista et
signa cum apparuerint. nullus illico cum me
dicamine quod nominauimus erit ampliandum.
Si autem non apparuerint. minimus tamen claude
dendum erit. De his quibus napelli dantur. 1
Quibus cum napelli dantur. uertiginem incurrit
et epiliam. ac deinde sincopis eum frequenter
inuadit. eius lingua inflatur. et oculi foras
prominent. consultus est hic uomitum congerendum est.
postquam cotidie sumpserit aquam in qua napi
semen coctum fuit cum butiro uaccino uetu.
postquam autem multis uomuerit in cibis. ex glan
dibus in uino coctis quatuor .℥. cum pondere
mespile .ʒ. electuarium musceum. cum sextipli
uini .ʒ. de musco bono fiat mixtum detur.
de his uero que ad hoc multum ualent. sunt buti
rum uaccinum et lapis qui uocatur bezabarca
tum uel rubeus pulus et probatur. et tiriacha de
uipris. et metridatum. oportet itaque ut si una
ex istis quatuor medicaminis habentur cito sue
curratur. aliquid in potu de ea tribuendo.
Quod si istarum nulla habeatur. hoc quod diximus
multis fiat in cibis. Una pretera antiquorum sec
ta dixit. quod in hoc capitulis talibus consonant na
pellum oportet. ut bezabar. napelli namque
uenenum forte est. ideoque ipsum pauci eua
dere possunt. De his quibus cornua spice in potu dantur. 1
Quibus cum hoc datum fuit. sanguinem mingit.
atque ipsi lingua denigratur. plurimaque perse
sis accidentia eum comitantur. hoc et talis est
curandus. pondus unius aurei camphore est

exter / fuit.

coidem

℥ i. una aque rosate est ei tribuendum. Epithima quoque cum psilio ex camphora cum aqua rosata facta est supponendum. Deinde sandali citrini coriandri cum mirti aqua mixtis et iulep est ei dandum. In cibo autem ei granata acetosa multiplicanda sunt. Lac etiam acetosum atque aqua ordei. Nec non solatrum sive in potu sunt danda. De hiis quibus fel leopardi in potu datum fuit.

Si cui fel leopardi datur colam (?) potu datum fuit, illico subito vomit atque in suo ore saporem aloes sentit. Si quis etiam flatus oris eius flatum odoratus fuerit, hoc idem sentiet. Oculi inde ei citrini fiunt. Huic ergo de hoc medicamine dandum est quod sic fit. Recipe ipsius armeniace (?) baccarum lauri ambarum ana partem unam, coaguli gazelli partes iiii, foliorum rute, mirre, aliorum ana partem mediam, conficiantur cum melle, et detur de ea ad nucis magnitudinem. Et quamdiu vomitum tenuerit, de hoc medicamine ei detur. Et in aqua postea in qua herbe bene olentes cocte fuerint et sedeat in ea cum est calida. Quod si per .x. horas diei vixerit, possibile est evadere. Cum autem tunc fuerit, cum medicaminibus colice passionis.

De hiis quibus fel vipere in potu datum fuit.

Si cui hoc datum fuit, vix evadere poterit nisi velociter ei auxiliatum fuerit. Si tamen est aliquid quod ad hoc valeat, ipsum est tiriaca de viperis et metridatum, si tamen ei cito succurritur. De hiis preterea que ad hoc magis conferunt est bezahar si inveniri possit. Si vero inventum non fuerit, butirum calefactum in maxima quantitate ad bibendum detur, aut eger cum eo vomere cogatur. Et si sincopis ei frequens acciderit, in ipsius os etiam ius de carne pullorum proiciatur cum parva quantitate electuarii muscati et musci ipsius. (margin: i. vinum) De hiis quibus caude cervine summitas data fuit.

Si cui caude cervine summitas data fuit, fuit multociens vomere cum butiro vetere multo et melle tepefacto et aqua rosata est cogendus. Ad quod exercendum multociens est redeundum. Deinde avellane et fistici et bezahar sumantur, et ex omnibus istis simul mixtis ad avellane magnitudinem comedere quater in die donet. De hiis quibus sudor cuiuscumque bestie in potu datus fuerit.

Cui ex hoc aliquid in potu datum fuit, apostema faciei et tumor fit. Sincopis (?) quoque ipsum invadit, atque ex eius corpore sudor multus et fetidus decurrit. Eum ergo vomere fac cum aqua et melle multociens, ac deinde iulep de musto et oleum roseum sepe sunt tribuenda. Cui etiam aristologie pondus medii .ʒ. et salgemme tantumdem cum aqua tepida propinetur, ac de tiriaca terre sigillate detur.

De hiis quibus cantarides et staphisagria date fuerunt.

Eis vero cui ista in potu data fuerint, fiet femoris dolor et punctiones cum incisione, nec non urine ardor invadit. Sanguinem quoque cum vehementi dolore mingit, eique urine exitus quandoque intercluditur. Deinde egreditur cum sanguine et morsu (?) et ardore vehementi. Virga quoque atque femur nec non ea que sunt circa ea tumida apparent. Oris preterea ac gutturis ardor et inflamatio fortis atque febris ei accidunt, eique turbatur intellectus. Oportet ergo ut vomat cum aqua calida et oleo sisamino atque aqua in qua ficus cocte fuerint multociens provocetur. Deinde lactis multitudo multis vicibus ei ad bibendum tribuatur, et psillii mucillago cum iulep aut succus portulace ei tribuatur. De butiro quoque recenti in multum comedat, et clisterizetur ex aqua ordei et malvavisci et albumine ovi. Virga quoque inungatur per (?) oleum rosatum, eique in potu detur ius de pullis pinguibus et oleum amigdalarum, et in tina (?) sedeat, ac ficus comedat, et aquam in qua ficus cocte fuerint cum sirupo violato bibat. Lac quoque frequenter bibat quamdiu puncturam senserit et incisionem. Quod si in partibus femoris maximam senserit gravedinem, aut si est diu ex quo flebotomatus non fuerit, ex tunc basilicam flebotomet venam. Quod vero diximus virgam esse inungendam, non per iniectionem sed per instrumentum quod sumitur pro eo (?) se vel semen existit simile est, per quod flores ablati sunt, et sit factum ex cera pennam perforatam in ferri (?) immittendum. De hiis quibus in potu

Hic vinus (?) ove .ʒ. et quod ultimum est opium datum fuit.

Sumpto necrim (?) infertur. Ipsum vero bibenti accidit alcusegi et subet, atque in eius corpore plerumque multus sentitur pruritus. In ipsius quoque ore odor sentitur opii, ac a toto corpore cum fricantur quandoque opii odor percipitur. Oculi etiam quandoque profundantur, et lingua retinetur, unguiumque color fit fuscus, et sudor frigidus ab eo emanat. Ad ultimum quoque cum approximat morti spasmatur. Huius vero curationis magis proprium signum est subet ac odor opii a corpore procedens. In eius ergo curatione incipe vomitum cum ydromelle provocare et aneto et sale indo, sic diximus. Deinde cum clisteri in capitulo colice passionis nominato clisterizetur. Vinumque vetus et purum in quo cinamomum pulverizatum fuerit positum ad potandum ei frequenter detur, et sternutatio cum oppi (?) et castoreo provocetur (margin: s. quod est primum), ac ipsius caput cum embrocationibus calefiat. Ipsumque dormire prohibeat. Cui de hac tiriaca ab avellane usque ad nucis magnitudinem secundum hoc

.s. quod accidentia fortiora aut debiliora fue-
runt. Tyr. detur more. Tyriacha valens ei
cui in potu opium datum fuit. Recipe castorei. asse-
pice. seminis iuniperi omnium partes equales
conficiantur cum melle apum. aut detur ei sag-
zenea. ad comedendum preterea dabis nuces et al-
lia. ex quibus pulmentum fiat album vel rubeum
conditum. Vinum quoque forte et purum in quo positum sit
cinnamomum. tribues. corpus inde ei totum ex oleo
costino et liliaceo calefacientis inunges. castoreum
quoque semper bibere dabis. Quod si pruritus magnus
fuit. eum in aquam calidam mitte. Adhuc quoque
valde confert acetum acerrimum et calidissimum
bibere. De his quibus iusquiamum nigrum da-
Cui ipse datum fuit. accidunt ei tum fuit.
sensus obfuscatio. et strangulatio. atque extre-
mitatum frigiditas. et alietas. Is igitur nomine egeno
est. deinde ex his que diximus clistere utendum. post
ea vinum forte singulis horis est ei tribuendum.
extiriacha quoque decenter iuvari fuerit.
aut extiriacha que fit contra opium. multo
acens est ei dandum. cum vino pondus. ʒ. i. piperis
gr. ½. vina vini datum confert. De his quibus
Cui istud datum fuit. mandragora data fuit.
in primis ex potu ei accidit vertigo. deinde
inebriatio. et oculi ei rubei fiunt. postremo
subest fortis ac vincens sompnus ei accidit. Is igitur
nomine egeno est. et clistere … eique ca-
piti oxirodinum supponendum. cum aceto a-
cerrimum in quo aloes et absinthium posita
fuerint. in potu tribuantur. preterquam vero fa-
ciei ac oculorum rubor quievit. et subest rema-
serit. dentes ei adhibendum. tiriacha contra opium est
vino. Ea quoque omnia que in capitulo de opio
diximus ei adhibeantur. et cum eis curet. De his
Si cui quibus nuces methel date fuerunt.
de istis nucibus acribus. ʒ. i. usque ad vim. ʒ. me-
dietate datum fuit. tamen modo fortis inebriabi-
tur. Si autem multa excessum data fuit quantitatis.
mortem infert. Is igitur eius curandus est medi-
cinis. quibus et ille qui mandragoram sumpsit.
Verum tamen oportet ut bitumen calefactum cor-
tium aut equum … eique extremita-
tes in aquam calidam sunt mittende. et ut e-
vomat multotiens. est elaborandum. deinde
cum his que diximus est curandus. De his quibus
Cui istud in potu semen bengi datum fuerit.
datum fuit. fortis ebrietas. ac membrorum rela-
xatio accidunt. spuma quoque ab ore de-
fluit. oculique rubent. Huic igitur cum vomitu
ex ydromelle et aqua in qua fit baurach
cocta fuerint. In principio est succurrendum. de-
inde lac recens mulsum multotiens est ei tri-
buendum. Et si hec sufficient. quiescendum. Si
autem non sufficerent. ex medicinis opii cu-
ratoriis erit. De his quibus succus coriandri viri-
Cui ex isto secundum quantitatem dis datus fuerit.
decem libre datum fuit. aut ex ipso recentem mul-
tum comederit. fortis vertigo ac intellectus
turbatio. et postea subest accidunt. preterea in toto
ei corpore coriandri odor sentitur. eique vox fit
raucea. In primis igitur ut evomat est elaborandum.
deinde ovorum vitelli molles cum pipere et sale
sunt dandi. ius etiam gallinis pinguibus est
tribuendum. post cuius acceptionem vinum forte
et clarum paulatim in potu est dandum. Quod si hec
non sufficerent. vinum cum cinnamomo aut pipere
ei donetur. De his quibus succus foliorum psillii da-
Cui psillium tritum et ex eius succo tus fuit.
multum bibit. angustia et meror. atque a-
nelitus angustia. et tinnitus ac pulsus eius
nec non sincopis accidunt. Is quoque qui ipsum
bibit. plerumque moritur. Huic igitur succurrendum est.
et ut evomat cum ydromelle calido ac ane-
to. et baurach. et sale modo est elaborandum. de-
inde ovorum vitelli molles cum sale et pipere sunt
dandi. assa quoque est tribuenda. et vinum purum
ac forte paulatim in potu dandum. De fungis et
Hec quedam species male tuberibus venenosis.
reperiuntur. et sepius fungorum. ab eis igitur omnino
cavendum est. nisi in locis collecti fuerint no-
tis. Isti namque fere melius nocumenta inferunt.
excessu et si sint boni non multum est comedendum.
ab illis autem in quibus est nigredo et viriditas
aut color pavonis. aut a quibus malus pro-
cedit odor. aut qui iuxta venenosorum anima-
lium foramina nascuntur. et utrum boni sint
an mali ignoratur. aut iuxta arbores pes-
simas qualitates habentes. abstinere convenit.
Ex multorum preterea fungorum comestione quam-
vis sint boni. accidunt sinanchia et colica
passio. Ex malis autem cum comeduntur. accidunt
anelitus angustia. et sincopis. ac sudor frigidus.
quandoque et subito interficiunt. Cum istud igitur acci-
derit. oportet ut patienti alumen cum sale
quod in prunis ponitur. aut sale modo. illico in
potu detur. aut sive infusum cum baurach
aut in tristicum sive cum sirupo acetoso. et bau-
rach tribuatur. aut sirupus acetosus ex mel-
le fiet cum pauco baurach donetur. aut lignum

i. cicuta mole.

i. a. insana mi albi.

27 col

obrinitur fici. et in cinere aqua mittatur. deinde coletur. ex qua detur aliquid postquam vomitus cum ydromelle ei provocatus fuerit. et cum electuario diatrion piperon et diacimi-num et hiis similia danda sunt. vinum quoque vetus et forte paulatim est sumendum. de lac-te et sanguine que in stomacho coagulantur.

87 [Q]uum menstrua per longum temporis spacium retenta fuerint. aut mulier a coitu et potione vini diu abstinuit. licet valde affectaverit. et venerit ventositas et dolor in inferiori parte sumen. et senserit quasi aliquid sursum trahi. apte sumen. fortasse post ista supervenerit ei sincopis. et quasi mortua cadet. predicti (?) quoque vix poterit quod ipsa attrahat aerem vel habeat pulsum. et forsitan putabitur et morietur. et fortasse sanabitur laboriose tamen. Hec unquam passio illico ut evenerit curanda est. Cuius curatio est ut pedes fortiter fricentur et ligentur. et ventosa magna sumini supponatur. Obstetrica quoque precipiatur ut digitum oleo bene redolente inungat. et in circuitu oris vulve diu cum intus per [illegible] commoveat. naribus pulverem condisi insufflet. et circa aures ipsi voces clamando proferant. et nichil quod bene redoleat olfaciat. immo bene redolentia et algalia removeantur. et preter res superiora ex eis [illegible]. et naribus malum reddentia odorem applicentur ut stercus et castoreum. et sulfur. Cum autem sanitati restituta fuerit. ex hac medicatione caveatur ne egritudo redeat. Quod si egritudo hec propter menstruorum evenerit constrictionem. caveatur quod menstrua provocentur. et in pedibus fiat minutio. et ventose in eis apponantur. Si autem propter longam viri dissuetudinem contingat ex quo et sepe accidit. incipiat viri consuetudinem habere. aut obstetrix [illegible] illud sepe quod diximus in eo prius tempore. aut medicamina que minuunt sperma dentur que prediximus. et dentur medicamina de mirra que in capitulo de menstruis provocandis nominavimus. **de passio ne que vocatur mola.**

88 [M]ulieribus plerumque accidit passio ex qua generatum dispositionis similitudinem incurrunt. Venter namque crescit. et discolorate fiunt. et retinentur menstrua. Motus tamen quidem in hac egritudine. non est ut motus infantis. immo quamquam de suo movetur loco cum ventre tangitur. Ad ultimum vero cum angustia et dolore frustrum carnis informe ac si pareret emittit. plerumque vero solummodo ventositas et humorum multitudo emittitur. et demum minuuntur venter et removentur accidentia. postquam et tempus pertierit in quo scit puerum debere moveri si adesset. medicine de mirra dandi sunt. et apozima de seminibus. et oleum de resina adhibendum. et pessarium ex ruta et mitridato. et alia pessaria predicta in capitulo de alleviatione partus sunt immittenda. doses quoque de pillulis fetidis confricantibus tribuende sunt. cum hoc est cito evadent.

89 [Q]uum aliquis in mulieribus **de eminentia et ruptura** venerit habens eminentiam que cum supinus iacuerit et locus digitis compressus fuerit removetur. et est scrotum

[Margin, left: ·i· pressura]

[Margin, right: ·i· impetrine (?)]

These are the earliest and evidently the most read pages [illegible] HC.

85 De vulvae inflammatione
86 De exulceratione ulcera & cancro uteri
87 De vulvulae strangulatio
88 De mola uteri
89 De ramicum generibus

recidivat. passio autem que ruptura dicitur. Eius
itaque patiens sibi cavere debet ne post come-
stionem moveatur, nec comedat fabas et specia-
liter nec faseolos nec lentes nec holera nec ali-
quem cibum inflativum. Studendum est et debet ut ei ven-
ter semper sit mollis. Sed namque regimine possibile
est ipsum curare dolorem. Loco preterea aliquod suppone-
dum est obstaculum constringendum et per quod cum se movere
voluerit. Crassus quoque si fuerit et ventrem habuerit grossum
nec non debet uti motu nec ventum prius sub umbili-
co ampla cingatur fascia. Emplastrum ad ruptu-
ram. Recipe gallarum cipressi partes duas. mirte. cipi-
sansuci. gallarum. acacie. olibani. gummi ara-
bici. omnium ana partem unam. Gumme prius in vino re-
solvantur et aggregentur cum eis reliqua et super rupturam
egro supino iacente ponatur et constringatur locus et non
solvatur usque ad tres aut septem dies. postea eger
supino iacente solvatur et illo reiecto de eodem emplastro
supponatur. Et sic prohibetur ampliari. In ruptura 2
autem testiculorum pellis augmentatur quod fit aut propter
ventositatem aut propter aquam que ibi congregatur aut
quia intestina descendunt ad locum illum. Sunt propter descen-
sum intestinorum contingat erit gemitus et doloro-
sus et sentiet dolorem cum tangitur. Talis itaque pa-
tiens sicut prediximus regendus est et emplastrum predic-
tum supponendum et locus cum ligatura assidue est
stringendus. Ruptum est cum non stringitur dilatatur
et augmentatur semper. Si autem cum aque fiat locus 2
apparet lucidus et tersus et tensus. Huic itaque con-
fert epithimari ex epithimate quod in capitulo de y-
dropisi notavimus. Aqua quoque in hac egritudi-
ne plerumque petit inferiora et fluit inde. unde
eger per aliquod tempus sanus efficitur. sed postea redit egri-
tudo. postquam vero aqua fluxerit. curandus est eger
ex cauterio et medicamine acuto. Ex his enim pror-
sus curabitur. nec egritudo redibit. De his tamen loqui
plus est quam hic noster exigat liber. Cum autem hec 3
egritudo ventositatis causa contingit. locus fricandus est et
ex oleo sisamino sambucino in quo castoreum et
euforbium dissoluta fuerint inungendus et exceden-
tur in unguentum guttatim distillandum. **De podagra et sciatica et artetica.**
Cum iuncturis fuerit
dolor et rapa et locus cum tangitur fuerit tactu calidus
et color rubeus. eger si dolet in dextro pede
ex dextra manu et si in sinistro ex sinistra. est flo-
botomandus et locus ex his medicamine liniendus. Epi-
thima. Recipe rosarum rubearum. sandali. [illegible]
memithe. boli armenici. opii. omnium partes equales.
Ex istis in aceto et aqua dissolutis fiat epithima.

psillium quoque aceto infusum [illegible] sup-
ponatur. Et cum tepuerit mutetur et loco eius aliud
supponatur. Venter postea ex apozimate mirobo-
lanorum et hermodactilorum solvatur. Apozima mirobo-
lanorum cum hermodactilis. Recipe mirobalanorum citrinorum ℨ
xv. pulveris turbit. fenicli. polipodii. ambo-
rum ana ℨ iii. sene. semis. fumi terre. amborum ana ℨ
iiii. hermodactilorum albi. semis. endivie. semis
apii. rosarum omnium ana ℨ ii. coquantur in tribus libris
aque donec ad unam redeant. deinde manibus fri-
cetur et coletur et bibatur cum zucari tabarzed ℨ x.
Siquis autem apozima fastidierit. pillas istas su-
mat que non valentes incedere surgere fecerunt et pedi-
bus ambulare. pillule que non valentes incedere
surgere fecerunt. Recipe aloes ℨ i. scamonee diagridii ℨ
ium. rosarum rubearum mirre sextam ℨ i. hermo-
dactilorum albi ℨ s. informentur ex eis pillule que conceduntur do-
sis una. Si eger non minuatur ex eis fiat et stipticas
et abstineat a vino et confectionibus que ex melle fi-
unt et carne. Cum autem apparet callo quievit et
ei inflamatio. ex his que callositates apparuerint reliquias
resolvunt curetur. Quorum unum. Recipe ceram solo de
lilio resolutam. cui admisceatur mucillago fenu-
greci et semis lini. deinde teratur simul donec
uniantur et fiat ex eis epithima. In tempore autem sue
incolumitatis et per tempus circa tempus in quo egritudo eum
invadere consuevit. et quam maxime hieme. assuescat
flomia uti. et ventris solutione ex his que colam
expellunt nigram rubeam. et a potu vini abstineat
et a comestione eorum que ex lacte conficiuntur et a carne.
Et sint ei cibaria acetosa et stiptica. et his similia
ex his que infrigidant. Decembri quod hanc consueverit
incurrere passionem. minui soluto labore partem as-
suescant. et precipue cum tempus invasionis iminet
et cum corpus fuerit plenum et vene plene. et fuerit dives
nec minutus nec solutus fuerit. Si vero autem cum dolore ve- 2.
nerit nec calor nec rubor nec colore afficiunt. fuerit
eger frigide complexionis. et locus tactu sentitur frigidus.
in principio curationis ei pillule maiores de hermo-
dactilis dande sunt. Pillule maiores de hermodactil.
Recipe hermodactilorum. satirion. [illegible] omnium ana ℨ
v. yerapigre ℨ x. colloquintide. centaurie mino-
ris. amborum ana ℨ v. euforbii ℨ ii. turbit ℨ x.
[illegible] zinziberis. sinapis. piperis. castorei.
omnium ana ℨ i. informentur ex eis pillule ex quibus dentur
ab ℨ ii ad tres sumatur. Hec namque pillule valde
conferunt quia non valentes surgere incedere fecerunt.
Epithima ad podagram frigidam. Recipe storacis liquide.
castorei. euforbii. mirre. aloes. acacie. omnium

partes equales. Ex his omnibus in uno vase coniunctis fiat epithima. Cumque iste dolor quieverit, subveniatur patienti ex distillatione multe aque calide ab alto, et inunctio fiat ex oleo de lilio, et emplastrum ex bdellio molli et storace ac fenugreco et semine lini et amoniaco supponatur. Quod hoc modo efficiatur: amoniacum et bdellium in vino vel aceto resolvantur, et alia omnia eis admisceantur, ex quibus fiat emplastrum et supponatur. Hec namque egritudinis species est que in lapidis duritiem transit, et crescit in ibi in ulceratus [?] fungus similitudinem. Curatur huius passionem a fumo [?] et ab aqua frigida, et acribus et crossis et astrictivis cibariis et ebrietate custodiatur, atque superfluo [?] ut dum sanus est motu utatur, et a coitu abstineat, et sepius cum satur fuerit in balneum ingrediatur, nec exerceatur post comestionem. Vinum preterea vetus et purum bibat. Eis quoque dum sanus est utatur que urinam provocare consueverunt.

Dolor vero qui sciatica vocatur est qui ab ancha per coxam totam usque ad genu in longitudinem protenditur. Cumque in longitudinem adiungit similitudinem extensus per pedes usque ad pedes descendit. Et tunc si in complexione fuerit caloris dominium, et iuncta tinctura, ex basilica eiusdem partis prius minutio facienda est, deinde ex sciatica. Si autem egrotantis complexio frigida fuerit et color fuscus, sepe provocandus est vomitus ex apozimate tenui cum simplici acetoso.

3 Coxa quoque ac pes et crus ex oleo in quo castoreum et euforbium et storax resolutum inungantur assidue. Si vero dolor in coxa mansivus fiat, eger ex almuri nabati et baurac clisterizetur, et ex enemate acuto quod in capitulo de apoplexia nominavimus. Colliculum [?] quoque ex calce viva et collaticio facto super ponatur. Quae eo usque fieri convenit, donec eger excoriationem incurrat. Excoriatio enim dum accidit, plerumque consequitur sanitas. Si autem passio invetrata fuerit, sinapi sumatur et cum fimo columbino eiusdem quantitatis teratur et ex apozimate sicut efficiatur, ex quibus coxe emplastrum supponatur. Quod tamdiu dimittitur donec in loco vesice plene aqua fiant, et scindantur et effluat aqua que intus est. Et vaporetur locus cum aqua calida, deinde eger per aliquot dies quiescere dimittatur. Et si sedandum sanitati restitutus fuerit, ad hanc eandem curam redeundum est. Si egritudo valde inveterata fiat et longi temporis, timetur ne vertebra [?] egrotum fuerit. Locus ex instrumento quod [illegible] assimilatur cauterizandus est. Et intendatur [illegible] apud caput coxe. Huius tamen rei [illegible] transcendit. Tales preterea patientes in tempore sospitatis vomere consueverunt et solvere ventrem et ingenium subtiliare, et ab crossis et frigidis ebrietate abstinere.

Cum gibbositas fieri incipit. **De gibbositate.**

Pilule maiores de hermodactilis dande sunt et oleum de [illegible] de seminibus sepe sumendum. Locus quoque ex oleo sambucino in quo storax liquida et [illegible] et euforbium resoluti sint frequenter est inungendus, et ab acribus frigidis et crossis abstinendum. Aqua etiam calida in qua cocta sint mentastrum et sansucus et sticados arabicus ab alto super locum distillanda est, deinde fortis fricatio et inunctio ex oleis calidis facienda est. Si is qui hanc patitur egritudinem puer fuerit, balneum solum modo et inunctiones ex his que prediximus sufficiunt. Si autem cum gibbositate maior affuerit febris, a predicto regimine omnino abstinendum, sed apozima ex herbis frigidis cum cassia fistula in potu tribuendum. Flomia quoque ex [illegible] facienda est, et emplastra [illegible] loco supponenda. **De varicibus.**

Cum vene crosse et plene et diverso modo curvate et livide in tibiis apparent, egritudo que varices vocatur. Hec autem egritudo frequenter accidit his qui multum pedibus laborare consueverunt, et qui cibaria coleram nigram generantia frequenter sumunt. 3 In principio itaque curationis huius passionis basilica minuere convenit, frequenter ex his que coleram educunt nigram solvere, quorum mentionem fecimus in capitulo de melancolia. Hec autem sepe facienda sunt, et ab omnibus a quibus melancolici patientes custodiri in hac egritudine abstinendum. Postquam vero hoc regimen diu adhibitum fuerit, ex venis quas in tibiis apparuisse diximus minutio fiat, a quibus sanguis tamdiu fluere dimittatur donec quicquid melancolicum est evacuetur. Deinde huiusmodi patientes coleram nigram expellentibus utantur et minuatur ex basilica, et caveant sibi ab omnibus que coleram generant nigram. **De elephantia.**

Hec passio postquam mansiva fit incurabilis est. Cum autem incipit, si ei subveniatur, aut debet medicamentum fieri, aut sanatur aut manet sic nec accrescit. Cum igitur pedis crossities augeri videtur et color obscurari, vene quoque que intus vocantur apparere ceperint, eger a [illegible] coercendus est, vomere et custodiendus ab ambulatione nimia et statione, et [illegible] ex pillulis maioribus de hermodactilis solvendus. Deinde ad vomitum redeundum post illud. Hoc quoque multotiens fieri oportet. Eger preterea ab acribus et crossis est abstinendus. Tibia a calcaneo incipiendo sursum usque ad genu stringenda. Deinde tamen constrictionem epithimanda est ex aloe et mirra et acacia et ypoquistidos et alumine cum aceto forti dissolutis. Ex basilica quoque manus contrarie partis minutio facienda est, neque etiam [illegible] si pes prius stricte ligatus fuerit, nec epithima ullo modo dimittatur.

91 De incipientium gibborum
92 De varicibus
93 De elephantia

P

De febribus

vomitu quoque frequenter utatur. Quod si prius infrigidatus
sit spiritu(?) aperiendo vomitum et appetit quiescere
vaporetur ipsum cum seminibus caulis. Fricentur manibus
eo. cinere de vitibus et lupinis, et nitro, et siccentur
capite, et farina fenugreci. Et linatur exaqua
aneus (?) portiunculam unius diei aut duorum. Ipsam enim
huius egritudinis maximam resolvit partem aut
leviorem reddit.

94 De Cumborum rubore seu excoriatione

De ulceratione renum que extrin- [secus]
fit in cute.
Cum aliquis longo tempore supinus
super dorsum iacet, loca renum plerumque rubent,
et mala ibi fiunt ulcera. Cum igitur loca ista rube-
cum augmento visa fuerint, inulus sive pampi-
num aut folia salicis subeo sternenda sunt, et
ipse in die multotiens est volvendus. Loca quoque que
rubent aqua rosata super inuncta infrigidanda, ro-
randa sunt et flabellanda ipsi. Quod si calor per-
venerit, imponat epithima de albumine ovi
que in capitulo de apostematibus nominavimus. Et si vesice
et ulcera ibi exorta fuerint, ex unguento de ce-
rusa curentur.

95 De doloribus extremorum

De dolore qui fit in membris manu- [um]
Cum dolor in manu aut pede fit, eger febris
infrigidandus est. Si ex percussione hoc ei accidit, aut
si aliquid super ipsum membrum cecidit, aut si super ipsum
diu iacuit, aut si contigit ex causa extrinseca. Si
autem ab extrinsecis eum non contingerit, locus dolens
considerandus est an sit magis rubeus quam reliquum
corpus aut non. Si enim toto corpore rubicundior fuerit,
ex causa aperitionis medicina primo curandus erit.
Et si membra non fuerint calidiora nec rubea, si iam con-
die obfuscentur et siccentur, aqua calida ab alto super
ipsum distillanda est, et ex oleo et cera resoluta est
ungendum, et omnino recedendum sic donec dolor sedetur.
Quod si locus quasi crossior videtur et tactu est frigidus
sentiatur, frequenter erit fricandus et aqua calida in qua
sansuci et camomilla et sticados arabici cocta
fuerint ab alto ut diximus super ipsum erit distillan-
da, et ex oleo de keiri citrino inungendus. Re-
gimen quoque eius subtiliandum erit. Ipse non
multo utatur exercitio et in balneo sudet. Si

In balneo

2 autem ista non suffecerint, venter ex hiis solva-
tur que humiditates educunt; cum membra preterea
si tactu sentitur frigidum, fricet plus et deinde
inungatur ex oleo costino et sambucino et oleo
de ben tepidis et hiis similibus. Quod si ista non suf-
fecerint, ex unguentis que in capitulo de paralysi
nominavimus inungendum erit donec sa-
netur.

Explicit liber nonus

Expletus est tractatus nonus.
Incipit tractatus decimus.
De febribus.

Febricitantes et precipue acute non solum
necesse est ut medicus sepe videat, sed
ut eis semper assistat. Nos tamen in hac
parte ponemus summas et aggregationes
invicem perfectorum et extremitatum con-
tinentes que utiles erunt prudenti et
ingulari(?) licet in hac doctrina non stu-
duerit, nec sit peritus eam operari. In pluribus
enim medicorum consilio non indigebit atque
eventuum per eas cognoscet errorem et perfecti
perfectionem, nec non diminuti diminuti-
onem. Hoc tamen paucis comprehendimus verbis
et distincte ac compendiose, quemadmodum
in aliis partibus huius libri fecimus, et dimit-
temus valde subtilia et profunda huius doctrine
perscrutari. Hoc enim indiget qui multa vult
investigare et ad ultimum doctrine pertingere.
Ad hoc vero perficiendum divino iuvabimur
auxilio.

Febres in duo dividuntur genera. Quorum unum
est ut febris sit egritudo per se, de quo in hac
parte tractatur. Aliud autem est ut sit accidens. Sed
de causis egritudinum quas hec genera committunt
in parte que hanc precessit sufficienter tractatum
est. Primum non genera inter se partitur species. Quia ca-
lor naturalis in spiritibus solum modo fiat et humo-
res ac membra in sua naturali dispositione perseve-
raverint, febris in spiritu fit que vocatur effimera,
et accidit ex aliquibus hiis, scilicet calore, labore, an-
gustia, tedio, vigiliis, studio, ebrietate,
et bubone inguinisque sine manifesto
vulnere contingit, cutis spissitudine, calore,
frigiditate. Si autem calor non naturalis in humoribus prevaluit,
febris fiet putrida que in ceteris partes. Quia si
illa extra venas putrefactum fuerit, febris co-
tidiana interpolata generatur. Sed si in venis putre-
factum fuerit, fit febris cotidiana perseverans et
continua. Sed malus quoque similiter fit. febris ter-
tiana interpolata pura et terciana continua acuta
et cotidiana interpolata et cotidiana continua et
quartana interpolata et quartana continua. Febris
quoque que fit ex sanguine alia est sinochus cum putre-
factione et vocatur conclusa, et alia est sinochus sine
putrefactione que est una ex speciebus effimere, quia absque
pororum spissitudine ipsam generari est impossibile.
Terciana quoque continua duas similiter habet species, quia
si calor fuerit fortis et colera que est extra cor in venis
continuis fuerit accensa, fit febris que vocatur causon.
Et quam fit adhuc in vigoris que existit in venis que a
corde remote sunt, generatur febris que minoris est
caloris et vocatur terciana continua.

De febre que a medicis vocatur effimera.

Hec febris non habet paroxismos
sed est unus paroxismus tantum.
Cuius propria significatio est quod neque cum rigore neque
cum pilatione incipit. et quia autem qua accedit
recedit. cum etiam diversa adeo secundum quod vivendi con-
suetudo. Fit etiam superfluus calor, labor, aut ira, aut
angustia, aut sollicitudo, aut vini puri vel
[illegible] potatio, aut quia diu stetit ad solem, aut sub ae-
re frigido, aut in aqua frigidissima, aut quia calidum
[illegible] quod accidit propter casum vel percussionem in corpore pro-
cessit, aut fit propter dolorem qui in aliquibus contingit
membris, aut propter repletionem ciborum multum nutri-
menti, aut [illegible] oppilationem, aut vehementis ca-
liditatis, aut propter forte fastidium vel propter strictu-
ram ventris fluxum vehementem, aut propter multam
moram in balneo, aut quia balneavit se in aqua
inconvenienti ut sunt aque naturaliter calide,
aut quia non balneavit se ut consueverat, aut quia
medicinas calidas sumpsit, vel quia multum come-
dit, aut propter coryzam et reumatismum, aut quia
diu a comestione abstinuit. Urina quoque in hac
egritudine neque in colore neque secundum substantiam neque secundum modum
multum mutatur ab hiis quod consueverat. Calor in
cum corpus egri tangitur neque superfluus neque mordi-
cativus sentitur. Cum autem egritudo minui incipit
sudoris pervenit multitudo, aut si non aliud, ro-
ris saltem humectatio, aut resudatio. Deinde
sedatur penitus. In hac specie febris in multis est ti-
mor, neque est mala. Nunquam tamen in malas malas tran-
seunt febres, cum impropria regimine et curatione
errore contingit. Cum igitur aliquis hanc febrem ex
laboris incurrit, oportet ut cum minui febris ei
ceperit, eger balneum ingrediatur et in domo me-
dia sedeat iuxta portam per quam reditur ad do-
mum primam, que ante faciem ipsius aperienda est.
Ad ultimum quoque locus sit talis in quo delectetur
et ne ullo modo sudet, si possibile, neque inflam-
metur, neque estuet, neque cogatur anelare vehementer.
Sit autem locus talis in quo ipsum diu morari sit
possibile. In vase semicupium tepidam continens
aquam in qua delectetur ingrediatur. Corpori vero
ipsius aque tepide multitudo superfundatur et preci-
pue in locis articulorum et fricetur suaviter et pre-
matur molliter. Deinde corpus ipsius abstergatur et ex
oleo violato tepefacto inungatur et maxima
sollicitudo adhibeatur precipue circa unctionem et
colli spondiles et dorsi. Postquam autem hec aliquibus
horis facta fuerint, iterum in aquam frigidam tepidam
intrandum est et ex ea super ipsum aliqua hora funden-
dum. Deinde redeundum est ad inungendum. Longitudo
quoque fundendi aquam super eum et inungendi ex oleo
et brevitas sint secundum laboris vehementiam ac ipsius de-
bilitatem. Post hec vero egrediatur balneum et nutria-
tur ex holeribus et fructibus tenerrimis et gallinarum pul-
lis et hedina et piscibus qui vocantur [illegible] et ipsi
sint bolle (?) et abstineant a cibis calefacientibus. Et
si non consuevit vinum bibere, sumat in potu iulep
factum de zuccaro tabarzet et aqua rosata. Si
autem solitus fuit bibere vinum, sumat ex eo mini-
mum solito, quod tamen plus solito sit mixtum aqua. Lect-
us quoque eius mollior sit quam prius et plus solito
dormiat. Et si post hec aliquid de vestigiis labo-
ris et lassitudinis superfuerit, ad balneum ut dixi-
mus et totum regimen redeundum est donec se habeat
ut solebat. Si autem hec febris ex vigiliarum aut
multe sollicitudinis contingit, eger postquam
ipsa minui incepit, balneum ingrediatur et sit
in loco balnei secundum quale superdiximus. Neque tardet
oleo. Sit aqua tepida ipse super caput ipsius funda-
tur et nutriatur ex hiis similibus hiis quos predi-
ximus. Et vinum si bibere consuevit, mixtum su-
mat. Et removeatur ab huius sollicitudine interpositione (?) et modi
verborum et alicuius [illegible] atque ali-
cuius ludicri. Oleum quoque violatum olfaciat et dor-
miat in locis suaviter redolentibus et in strato mi-
molli. Quod si ex multa tristitia aut ex multa
ira fiat hec febris, balneum cum minui cepit in-
grediatur et intret semicupium aquam continens ca-
lidam in qua delectetur, ex qua et super ipsum in do-
mo balnei existentem copiose fundatur. Ipse vero
semper in loco balnei moretur. Nec neque a calore neque a
frigore tangatur. Aut moretur in prima domo bal-
nei in qua tamdiu sit donec cutis mollescat
et iubeat (?) [illegible] deinde frigidam subito ingrediatur. et aqua
et abinde citissime egrediatur. Cum quoque egressus fuerit,
aqua rosata ipsius capiti superfundatur et pectus
ex sandalis et aqua rosata et camphora liniatur.
Et in potu granatorum muzi succum sumat et ei
similes potus ut rob quod fit de ribes et maciano-
rum acetosorum et acetositatis citri. Et nutriatur ex ho-
leribus frigidis et aceto et ex oleo confecto cum zuccaro
et ex oleo amigdalino. A vino autem omnino abstine-
at, nisi maximum inde consequatur nocumentum. Quod si
inde consequatur, cum succo granati misceatur
et super nuces infundatur et ex aqua frigida multum
bibat. Et cum biberit vinum, granata acetosa
in aqua frigida abluta comedat. Deinde aqua
rosata super ipsum roret et ingrediatur qualiter ei
in quantum aliquo possibile fuerit. sedetur.
Cum autem hec febris ex multi vini potatione provenerit.

aut fortis et puri. egro aliquibus de potibus quos nominavimus simplices, scilicet absque aliarum rerum admixtione dissolutis cum aqua frigidissima mixti, ex quibus non impetuose sed paulatim bibat. Cumque febris sedata fuerit, balneum ingrediatur, in quo moram faciat in domo temperata stando sicut ostendimus, et multa aqua super ipsius caput fundatur, et mutetur ex psillio et adesia(?) citrina infundatis et his similibus ex herbis frigidis mixtis cum succo granatorum et succo ribes et uve acerbe succo, et ex piscibus qui vocantur ezie(?) coctis cum aceto, et olfaciat oleum violatum et dormiat diu. Cumque expergefactus fuerit, balneum iterum ingrediatur et ad predictum redeat regimen. A vino autem omnino abstineat, et in pomis et de fructibus sumat. Si autem incipiente fuerit gravitas et oculorum rubedo et extensio, sanguis extrahatur cum flebotomia et ventosis. Cuiusque regimen totum sit ut diximus. Venter quoque ex succo fructuum solvatur. Cum vero aliquis hanc febrem incurrit ex multa mora aut nimia deambulatione sub sole, aque rosate pars una sumatur et olei rosei pars media et aceti pars simi(?) quarta, et in ampullam vitream mittantur et agitentur ante donec inspissentur, et ex eis in nuce infundatur(?) super ipsius sinciput paulatim fundatur. Primum quoque cum infusum in nuce infunderet, et a principio acetum omnis usque ad quietem capiti supponatur. Postquam vero quievit febris, eger balneum ingrediatur et sit in loco temperato ut diximus, ubi aqua tepida super totum corpus ipsius et precipue super caput fundatur. In potu autem sumat sirupum fructuum coctum cum aqua, quod tamen prius sit multotiens ablutum cum aqua calida. postquam coctum fuerit, multam aquam in vice [illegible] dicta admisceat, ex qua eger usque ad satietatem sumat. Cumque febris cessaverit, ex cibis quos prediximus nutriatur. Cum autem aliquis hanc patitur febrem eo quod sub frigido aere longam fecit moram, totum corpus eius a principio febris usque quo sedetur sepe fricandum est, non tamen diutius. Cumque febris cessat, domum calidam balnei ingrediatur, in qua moram faciat donec sudor egrediatur. Postquam a sudore egressus fuerit, corpus ex oleo tepido cum fricatione inungatur donec sudoris multitudo egrediatur. Deinde ex aqua calida lotus abstergatur et mox egrediatur et eousque dormiat donec iterum sudet. Post hec in comestione cibos sumat subtiles, ex quibus quod leve est cum mensura sumat. Vinum vero forte bibat. Et si ex febre et fricatione aliquo redierit, ad balneum et ad totum regimen quod premisimus redeundum est. Si quis vero hanc febrem propter aquas naturaliter calidas patiatur, si fuerint aque ille tales ex admixtione

azegi(?) aut salis aut ferri aut aliarum rerum que corporis superficiem exasperare et contrahendo rugare consueverunt, eodem est regendus regimine quo et qui hanc incurrit ex frigore. Oportet tamen ne locus balnei in hoc modo calidus nimis sit, sed temperatus apud portam suam, et sit porta sedis domus contra faciem ipsius aperta, et aqua calida super ipsum fundatur et tunc ingrediatur, et inungatur cum oleo et assidua effusio aque calide, et intret in eam et fricet multum vicissim donec pori aperiantur et corpus tumescat et febris sedetur et corpus rubeum fiat. Et postquam factum fuerit, egrediatur et indumentis sibi in motu dormiat. Deinde ex his que prediximus nutriatur. Cum autem aliquis hanc febrem incurrit ex comestione calidorum ciborum, oportet ut postquam febris quievit, ex aqua ordei multum bibat. Cuius nutricatio sit post febris sedationem cibis cum aceto coctis in quo non est cutis(?). Et est ingeniandum qualiter ei venter solvi possit ex prunis et tamarindis et zuccaro et tamarindo(?). Sirupum quoque acetosum simplicem de zuccaro bibat, et comedat granata mixa(?) et acetosa et omnia alia poma his similia. Ab omnibus vero cibis qui corpus calefaciunt abstineat. Febris enim hec proprie et illa que ex fortis vini potatione accidit utraque in principio cito mutantur febrem. Cum vero aliquis hac febre laborat eo quod plus solito comedit aut cibum multum nutrientem aut grossiores nutrimenta sumpserit, quia hec species febris effimere plerumque adeo per multos dies sit mansiva ut sinochus esse videatur, non est expectandum donec febris adorta recedat, immo venter egri illico ex succo fructuum sicut nominavimus est solvendus, et sirupus acetosus in potu sumendus, et ex ptisana tamen modo nutriendus. Sed postquam febris alleviari videtur aliquantulum, eger aliquantulum est nutriendus, in quo non longam faciat moram. Et sit in aqua tepida et ex ea super ipsum fundatur. Cum in corpus ex fur... diu fricari convenit, deinde ex aqua lotus egrediatur, in quo longiorem quam prius faciat moram, et sic ad suum redeat regimen a dictis, scilicet solutionem ex succo fructuum, et ad sirupum acetosum in potum sumendum et ad nutrimentum ex aqua ordei. Cumque febris parum alleviari cepit, balneum iterum ingrediatur, in quo longiorem quam prius faciat moram, et plus balneetur sed quod febris diminui visa fuerit. In principio tamen huius febris absque magna cautela balneum minime ingredi debet. Observandum est enim ne ideo laborem patiatur et ne corpus calefiat. Et si contingat ipsum in balneo oppilationem pati, illico est extrahendus, quod in membris quibus per febrem effimeram in balneo huiusmodi accidit oppilatio est observandum.

·i· parum comedat

·sagapeno(?)

·f·calo(?)

h namq; accidere nō cū pati effimerā s; putridā
portendit. Ex hijs aūt p que sigillatī z absq;
ulla ambiguitate febris cognosci pot effimera
cū aliis significationib' quas posuim'. ē ut eg
cū se balneauit. si supueniat oppilatio. cū e
h spēs effimere cognita fuit. z uenē solut' z uria
puocata. z nutrimētū subtiliatū fuit. z ordo i
tempori balneū z balneandi scd'm febris diminu
tionē obsuat' fuit. adeo hiū sanabit'. q' i febrē
putrefactionis minime trāsibit. Si ā īrepimie
etiā accidit. in febrē mutabit' putridā q̄ e
rit acuta. in sinochū s. oclusā. Siquis uō hanc
patit' febrē. q' in comestione una aliqd comedit
ex quo grauari cepit. si grauitas in supiorib; sēnt'
uentris euomat illud. aut supponat' collirium
si in inferiorib; sentit' grauari. Cumq; pgressio
minui cepit. balneet'. z somn' augmētet'. z nu
trimētū subtilietur. z p aliquot dies a labore ab
stineat. z ex aliquib; cib' qui uentrē pau' soluūt
moueat' d' hijs quos in h nostrarum libro d' sani
tatis custodia tractauim'. Cū at hanc incurrit fe
brē cū apertis q' i aliqb; fieri otingit membris. ex
pre omnia minuend' ē. z apl'a illud infundād'.
quēadmodū in capl'o d' cult' apte ostēdim'. bal
neū nullo mō ingrediat'. nec bibat uinū donec
apl'a illud sedet' z eius igitas repmat'. ventr uō
soluat'. z calor extinguat' sicut docuimus. z ex cib'
infrigdantib; nutriatur. Cum at aliquis hanc fe
brē laborat cū doloris q̄ in quibda oting' membr'.
q̄sit cū doloris. osiderādū ē. Si enī ē apl'a calidi
aut grossa uentositatis. aut humor mordicatiu.
aut q' multū comedit. aut sicitatis mag' q̄ calor
dominat'. aut apl'o mala calida. aut frigida. sim
plex aut cū materia. ad ipam eam remouendā
ē oīo intendendū. quēadmodū in capl'o d' cult' do
lorū z reaccentris docuim' febris ē illico sedabit'. cū
cā remota fuit. cumq; febris quieuit. eger leuit'
balneet'. z ex cib' q' ferunt' in uione nutriat'. Qui uō
hanc incurrit febrē q' balnei usū ut osueue
rat pretermisit. in balneū mittend' ē donec febris rep
mat'. ut multitudo dulcis aq' tepide supfundē
da ē. Ipse quoq; ex furfur z semine melonū z
pauco nitro. diu fricand'. deinde egrediat'. z ex
cibis extinguētib; nutriat'. z uinū clarū z album
bibat ualde tēperatū. In mane quoq; iterū ad bal
neū eat. deinde abeo egrediat'. z sic ad osueta
redeat. Qui aūt hac laborat febre. q' multā fa
mē aut sitim passus ē. si cū sola diuturnitas z lassi
tudo z afflictio eū inuasit ātequā febris meo sit o
firmata inuadat'. tunc ei fructū multum aqua q̄

ablutū z coctū z in niue infrigidatū. dandū ē. et
z uentrē madefacet. Si aūt nō inuadit nisi pt'
febris meo inflāmata fuit. pcipiendū ē ei sepe
ex aqua frigida paulatim bibere donec febris repmat'.
deinde p aliquātulū tpis in aquā tepidā ē mit
tendus. z aqua supfundenda frēnte cui sit leda
t. p'terea ptisanā nō bibat. z ex cib' humectantib;
nutriat'. z a labore abstineat donec sanitati re
stituat'. Cum uō aliquis hanc patit' febrē ex eo
za q̄ ei accidit. flomandū ē licet pruī apparēdūm
minutione incessent spūm. aut si flomiā pa
ti nō poterit. cum uētosis sanguis extrahatur.
z a carne z uino abstineat. z aquā ordei bibat. z
uentr ex hijs q̄ in capl'o d' coriza nostram soluat'.
pect' quoq; eius mollificet'. z tussis sic ibi docui
mus sedet'. cumq; ad salutē puenit. z reumatism'
digestus fuit. z tussis sedata z febris quieuit. i bal
neū ē mittend'. z ordinatī ad osueta paulatī
reducend'. hanc aūt febrē cum. nō ē ingligēda.
Exea enī pleriq; puenit ad pleurisim. Et q̄ hanc te
net' febre pp' fastidiū. hec enī febris cū inctus
fuerint fumosi z fetidi inuade solet. z uix accid'
cū acetosi fuerint. si uentr preterea solut' fuit ipse.
alia nō indiget cura. ī ut paru aq calide sorbē
do inbibat. z balneet'. z ex cib' infrigdantib; q̄ in
cito corrūpant nec ostunt'. nutriat'. sic sunt ea
q̄ ex suco uue acerbe. z limmae. z granatis ginati.
z hijs similib; ofuntur. potus quoq; bibat qui
hijs inueniunt similes. a labore at z sinnice ad so
le. z a coitu abstineat. Quod si uentr ipse nō solut'
fuit. ex medicinis quas in capl'o d' custodia sa
nitatis nostraum'. soluend' erit. Si at h febris
supuenit aliam uentris indigo aliqd otineat qd e
uomi possit. ex aqua calida sorbeat. z cal ea ipm
euomat. Et si grauitas in inferiorib; uentris ptibus
sentit'. colliriū aliqd supponat'. Cumq; uentr pur
gatus mundificatus fuerit. z cal h nec inctus fumosus
nec grauitas nec mordicatio uentris sentit'. nec nau
sia. balneand' ē eger. z nutriend'. z regend' eo re
gimine q' posuim'. Si quoq; cui h febris accit
cū frequent' assellandi. ex hijs q̄ in suo nostrarum
capl'o. curand' erit. Cumq; ipi febris repssa fu
erit. in balneū mittend' erit. z ex cib; quas in h
libro nostraum' nutriend'. Sunt preterea ex hoīb' q̄dā.
qui cū cibos multi nutrimenti frequēt' comedunt.
ut sunt carnes grauies crosse. z pultes ualde spis
se. z frumentū coctū. z uinū crossū. hanc i currunt
febrē. Quapp' hij a crossior cibor' assiduatione
abstinē dbent. z ex carne hedina z pullina nu
triendi. z sinupū acetosū bibe debet. z de uino

c. colore

mal' pplonia

sumere debet, quod iam peruenit ad subtilitatem et claritatem et in profundum penetrat potus. Ideoque qui apozimus legitur ante comestionem uti exercitio debet et uentris solutione et flegmatum assiduitate. Si enim in hiis negligens fuerit, egritudines incurret acutas et pessimas. Sunt et ex hominibus alii qui cum laborem aut uigilias patiuntur aut eorum tardatur comestio aut ex cibis subtilibus aut siccis nutriuntur, ad febrem deducuntur. Quapropter huiusmodi hominum generi ab hiis rebus abstinendum est. Cumque febris eos inuaserit, sue curandum est cito cum eis que corpus humectant. Ex hiis enim si neglectum fuerit, ad ethicam deducetur.

glosa

Rasis in libro augmenti ubi de comprehensione multorum inquit: Gens mea non confidit in hiis, scilicet in ... est meum consilium ut estimentum patientem et balneum mittat, si fuerit cum laboris aut constrictionis pororum. Ego enim hoc sepe expertus sum et nullum in eo iuuamen perfeci. Ego autem dico quod non sciuisti discernere inter estimentum simplicem et eam que cum putrefactione mixta est. Ideoque commodum non inuenisti.

Significatio specierum febris ex .xiii. procedit rebus. Quarum nouem in egro per se attenduntur. Ideoque oportet ut circa eas maius studium et sollicitudo habeatur. Quia ipsarum significatio uerior existit ac certior. Quatuor uero alie communes sunt tam ipsi quam aliis, quarum significatio est debilior. Que autem in egro per se attenduntur significationum prima est caloris quantitas, ut sit scilicet in terciana et in causonide caliditas multa nimis, et in sinocho minor, et in ethica leuis, et in cotidiana et quartana similiter. Secunda autem significatio est qualitas caloris, que in causonide inuenitur acutissima et ualde pungitiua et fumosa. In terciana quoque est fumosa et pungitiua, sed minus quam in causonide. In sinocho uero uaporosa. In cotidiana huic propinqua. In quartana uero minus uaporosa, et similiter in ethica. Tercia autem significatio in pulsu attenditur, qui in terciana frequentior et uelocior et minus sordidus quam in omnibus aliis inuenitur. In cotidiana uero minor est quam in omnibus aliis et tardius et minus in principio accessionis. In quartana autem magis tardus est quam in omnibus aliis et magis minus et est paruus et durus. Et in ethica est proximus huic, estque paruissimus et durissimus. In sinocho autem est magnus et ordinatus. Sed si fuerit sinochus cum putrefactione, erit magnus et densus. Quarta quoque significatio est rigor, ex quo nichil in omnibus continuis inuenitur. In terciana autem interpolata maior est quam in reliquis omnibus, scilicet quia corpus cito calescit uelociter dissoluitur. In cotidiana uero est minor et calefactio retardatur. Rigor autem qui fit in quartana in principio est ualde debilis, sed propinquante tempore incipit protelari et ipse incipit augeri donec ibi maximus fiat, et calefactio ipsius multum tardatur. Quinta autem significatio urina est egri, uidelicet ut sit in omnibus speciebus terciane colerica, et in cotidiana flatica, et in quartana melica, et in sinocha sanguinea. Sexta quoque est urina, ut sit in omnibus speciebus terciane rubea et ignea, et in speciebus sinochi ualde rubicunda, et in principio urine sanies inuenta, sed in fine egritudinis oleagina. Et in cotidiana sit alba, in quartana uero alba cum rubedine. Septima autem est tempus quod precessit. In omnibus enim speciebus terciane et ethice et quartane precessit tempus in quo eger passus est laborem. In cotidiana autem et sinocho precessit in quo tempus quod fuit cum ociositate. Octaua quoque est accessio in febribus interpolatis. In terciana enim non transit horas .xii. et quanto spatium fuerit minus tanto significabit maliciam esse minorem. In cotidiana uero peruenit usque ad .xviii. aut .xx. Et in quartana transcendit ultra .xx. neque est possibile ut accessio cotidiane aut quartane sit in spatio .xii. horarum tantum sed ultra. Nona quoque est egri etas, ut qui cotidianam patitur sit puer, et in speciebus terciane et sinochi sit iuuenis, et in quartana senex aut decrepitus. Communes autem significationes sunt aer, regio, tempus, et egritudines que in illo tempore contingere solent. Hec enim omnia si calida fuerint, egritudinem significabunt calidam, et si frigida, frigidas et longas portendent febres aut cotidianas aut quartanas. Hee sunt significationes simplicium febrium, ex quibus compositarum febrium significationes inueniri poterunt. Compositio quoque febrium erit secundum diuersitatem que in hiis contingit significationibus. Hec diligens debes intelligere.

De ethica.

Cum febris tribus diebus aut amplius permanserit, hiis se mouentibus, nec calor eius nec inflammatio uehemens fuerit, nec accidentia que febres acutas comitari consueuerunt cum eis affuerint, ut est pulsus magnitudo et caliditatis et inquietudinis uehementia et anxietatis et lingue siccitas atque eius nigredo, ipsa enim sic uno modo perseuerauerit, nec post incidit [?] comprehendi ...

Ethica non est per se primo palam [?]. Quia longinquum existit a ratione. Febris simplicia iam diximus calefacta fore, et ipse humores illa existere natura.

diminutio aliqua. nec proximum. Post hec in ipsa in
uenit quieta et quasi tepida. tunc ethica ad
esse creditur. Est itaque ipsius ueritatis sic experi
endi. Egro ut in diuersis comedat horis pre
cipiendo. Quod si inuenerit fuerit semper post co
mestionem a febre magis infestum. ethicam pro
cul dubio esse pronuntiandum est. Quod si cum hec et fa
cies ei iam extenuata esse uideatur. et oculi concaui
et cauo minimum. atque cutis desiccata fuerit. e
thica iam non est in eo in principio. immo iam con
firmata est et copulata. et diu est ex quo ipsum inuasit.
Si autem febris in principio sui cum nondum scilicet ad aridi
tatem peruenit. cum hec est ptisis ista signa co
gnoscenda sunt ut dum aliquis de egritudine sanita
te confidit. ad eam cum iam peruenit. Solent enim ergo
quod eius qui de ethica in ptisim transit tempora
uehementer plana fiunt. et oculi concauantur. et na
res subtiliantur. et fiunt tornatiles facies quasi sit
tornatilis. et aures minorantur. et eius corpus sub
tiliatur. faciei quoque ac frontis tenditur cutis ac
si esset corium quod super ossa faciei desiccatum foret. et
totum corpus similiter a carne nudum existit.
collum propterea tenue fit. et epiglotus fortis pro
minet. Cumque pectoris ossa tactu aut uisu
considerata fuerint. unumquodque eorum cum suis extremi
tatibus notari poterit. et postremo corpus non ui
detur nisi corium et ossa. Eique uox exilis auditur et de
bilis. et uirtus omnino destructa uidetur. et pulsus sub
tilis et debilis. et cum hoc et durus. Corde quoque mani
feste apparent quod eius dissoluta est. et uene silue
et cum hoc a sanguine uacue. nec earum concauitas
magna nec capax existit. pulcritudo quoque que
atque claritas ab ipso corpore omnino recesserunt. et cutis
desiccata est. et cum existentis in senio similis fac
ta est. Venter etiam ei attenuatur et dilatatur. donec ui
deatur ac si costibus adhereat. et quasi nichil in se con
tineat. Cum uero propterea ueneris inferius subtili
atur ut non uideatur esse nisi solum modo corium. et propter hoc
spasmatur et desiccatur. Ossa quoque uidebuntur et pecti
nis manus plenissime apparent. et ungues manus
curuantur. Cum uero capilli cadunt aliqui et uenter
soluitur. mors ei propinqua est. Cumque corpus ad huc
diminutionis et debilitatis peruenerit finem.
numquam sanari poterit nec meliorari. Sed dum car
nis et sanguinis. pulcritudinis ac uirtutis reliquie
inueniuntur. et quod ex predictis significationibus
apparuit nec uehemens est nec confirmatum. sanari potest
et ad suam redire dispositionem. si ei ut oportet subue
niatur. Cum autem non fuerit multa debilitas nec
multa macies. nec longum interfuerit spacium

ex quo pati cepit. nec est ex signis ethice aliud
apparuerit nisi quod febris lenta adest. quam iam per
aliquos perseuerauerit dies. et quod cum eam pati sicci
tatis et maciei incepit. huiusmodi patiens leuius et ci
to sanitati restituetur si curis uoluerit. Hac ergo fe — de cura.
bre laborantium in primis aqua ordei curanda est. Et
postquam ipsum de sede descenderit. ex pisa (?) que eis uo
cantur super prunas assatis aut [illegible]. nutri
endus est. et ex holeribus frigidis et humidis ut portu
laca et molochina. et lactuca et cucurbita et cucu — i. malua ortina — de balneo.
meres et atriplex. Hic quoque cotidie aliquam come
dat balneum ingredi debet. in [illegible] more in
quo a calore ledi non possit. et in aquam tepidam
pariter spatium similiter mittendus est. deinde ex oleo
uiolato inungendus. domus uero in qua moratur
talis sit. cuius aer frigidus sit et humidus. ipsique pa
uimentum ex rebus [illegible] que frigide sint et humide
sit stratum. panni quoque aqua rosata infusi in
niue infrigidata in qua camfora et sandali dis
soluti sint. pectori supponantur. Quod tamen fieri
conuenit cum stomachus alleuiatus fuerit. et cibus ab eo de
scenderit. et ante quam comedat. Cumque predicti
refrigerati fuerint panni. mutandi sunt. Quod tamen diu
fieri conuenit. donec eger frigus sentiat iam
ad multum sui corporis profunditatem peruenisse. Quod
si propter huiusmodi curam superueniat ei pectoris oppila
tio. et propterea accidat ei raucedo. tepefiat parum.
et propterea pectori supponantur nec remoueantur nisi cum
desiccati fuerint tantum. aut multum calefacti. Ho
leum preterea uiolatum et oleum de seminibus cucurbi
te in potu danda sunt. et lectus solito mollior fi
at. et quanto plus potest longo tempore dormiat.
Angustias autem atque cogitationes et a motu et coitu et
a stimulatione in locis calidis et siccis. et famem absti
neat. Si autem cum hac febre fuerit nocumentum et
acuitas atque ardor. trocisci de camfora cotidie
in matutinalibus horis in potu tribuantur. Cum autem
sol ortus fuerit. aquam ordei bibat. Aque uero quam
in nocte bibiturus est. iulep cum mucillagine
psillii admisceatur. nec cessandum est immo importune
instandum in pectoris infrigidatione. unum ex frigidis
epithimatibus et ex holeribus instanter epithima
dum. Cibaria uero non semel sunt tribuenda. sed ad
multas uices partienda. et precipue si estas fuerit.
Ex quibus eger non tantum semper sumere debet quan
tum est ei necessarium. et sibi conuenit ne semel tantum
comedat. quantum est id quo eget. Ex aqua quoque
frigida paulatim in potu sumat. nec famem aut si
tim ullo modo patiatur. Et ab omnibus que calefaciunt
et desiccant. omnino separetur. Cum autem ethica iam in — de secunda specie

Marginalia (left): i. ptisim; i. auditus

diminuta fuerit mediata fuerit. et obfuscatio ac carnis diminutio manifeste apparuerit. licet tamen ad finem fere quem ipsum diximus esse insanabilem nondum pervenerit. cum laborans eo indigeat regimine quo et potiretur. oportet tamen ut super eum fiat assiduatio et perscrutatio et frequentatio et procuretur cum eo ad ultimum. et mittitur in balneum et intrantem bis aut ter in die. Si in tali disponatur manere loco. in quo caliditas nullo modo eum ledere possit. nec oppilatio invaderet. Nos enim nequaquam volumus ipsum mittere balneum. nisi cum semicupium invenire non possumus. nec aquam super eum fundere. nisi oppilatio eum invaderet.

¶ Sudare autem et acetum attrahere est calidum. dum ex eo ei deterior existit. hanc itaque patiens febrem. in balneum mittitur et semicupium post quam duarum horarum spatium preterierit ex quo aquam ordei in potum sumpserit. Et cum de semicupio egreditur. ex oleo inungatur. Cumque venter ab aqua ordei alleviatus fuerit. nec in ventre sapor ullus remanserit. iterum ad balneum ducatur. ita tamen ut in eundo minime laboret. deinde mittatur in semicupium. et de aqua tepida tamdiu super eum fundatur donec ipsius corpus incepisset. et parumper rubere inciperet. postea vero in aquam semel submergatur ac tamen frigiditate non ledatur. deinde ipsius corpus ex oleo violato et eis similibus oleis inungatur. Vlterius postea regrediendo ipsum in balneo. in recentem recipiat. Cumque ab eo egressus fuerit. ex eis que diximus et secundum formam quam diximus cibetur. et iaceat in domibus tranquillis et humidis. bene olentibus. in quibus sit aeris puritas. Ante ipsum vero parum frigide infusi aque et parapsides magne ex ea plene ponantur. aut lacune sint coram eo. folia quoque vitis et salicis atque rosarum et violarum et [illegible] et his similium coram eo sternantur. Tempore vero hyemis. non sit in eius mansione ignis nec fumus. sed frigiditatem attrahat aeris. Hoc enim maior ei existit cura. quia propter hoc ita observatur. quod non oportet eum emplastra et epithimata frigida que possumus extra ad cordis confortationem apponere. Exprimimus quoque calidis et imponere levibus cooperiatur corpus. et precipue caput ne coriza aut catarrus ei superveniat. Et extremitates leniter fomententur. patiens quoque oleum de cucurbitis cum oleo nenufaris mixtum olfaciat. et dormiat diu. Quod si magnum diei superfuerit spacium. volueritque iterum antequam cenet tinam ingredi. faciat. quia confert ei. Et si non. comedat. tamen post comestionem non ingrediatur balneum. et dormiat diu.

¶ Si autem siccitas et macies iam vehementer eum occupaverint. lac caprinum super ipsius corpus mulgeatur. et ex eo liniatur. atque aque que est in semicupio ex parte admisceatur. Cumque de semicupio egressus fuerit. ex oleo violato aut de cucurbita aut de nenufare inungatur. Si vero nec caliditas nec acuitas fortis fuerit. vinum album et subtile. quod tamen aqua frigida sit admixtum ut sapor vini abscondatur. bibat. Si si acuitas fuerit manifesta. iulep de zuccaro cum aqua frigida ei in potu tribuatur. Et ne venter ei solvatur. summo opere est cavendum. ad cuius constrictionem si solvi ceperit. est festinandum. Huic postea plerumque si calor fuerit fortis. confert lac vaccinum iuvenis etatis. de quo butirum vehementer extractum est si fuerit acetosum. et aqua ordei in potu est tribuenda. Et si venter solutus fuerit. ipsum cum tortellis sumat. Et est necesse cum hoc quod diximus. ut ad mundificationem et caloris extinctionem studium impendatur. Cum autem huius urina fuerit oleagina. aut in eius superficie petala apparuerint unctuosa. aut furfura carnis similia. aut aliquid simile furfuri. in ultimo in huius regimine est insistendum.

nem. nec attendatur interpolationis ordo. cum
accidentium testimonium. ab interpolatione
diversum fuerit. licet enim cum aliquis duabus in-
festatur tertianis cotidie a febre ledatur. non
tamen cotidiane curatione ei subveniendum est. sed
tertiane. Adhuc et preter supradictum ordo intendendum
est. et manum ei studiose elaborandum. Si autem fe-
bris una die accedat et alia non. accidentia tamen

·i· uaria

que tertiane sunt propria non sint fortia. nec pu-
ra. immo debilia et commixta. non est medicandum
cum sola tertiane cura. immo ipsi curatio tempe-
randa est. secundum accidentium declinationem. Universaliter
autem dicimus febrium compositarum curationem. compo-
sitam debere esse. ex curis simplicium. et quod duarum
curationum commixtio. secundum duarum febrium commix-
tionem fieri debet. plerumque tamen oportet nos stu-
dere ut ad unam tantum febrem curandam inten-
damus. cum ipsa fuerit magis timenda. Cuius exemplum est.
quod si aliquis febrem patietur quartanam. et superve-
nerit ei alia febris propter apostema in epate. aut stoma-
cho. aut aliquo ex membris in instrumentis ane-
litus. dico quod in hoc loco cum hoc accidit. studiose
esset tendendum ad febrem curandam que taliter acci-
derit propter timorem ipsius magnum. licet in medicinis a-
liquid contineret quod aliam febrem faceret validiorem.
Et si contingeret febrem una die infestare et alia
non. sed accidentia huius tertiane non appareret pu-
ra nec fortia nec tremor ei esset pungitivus. neque
calor cito post ipsum accensus foret. neque sitis
multa. neque estuatio. nec calor febris. neque do-
lor capitis. nec manis locutio. nec sudor. sed forent
omnia hec debilia cum comparentur eis que in principio terti-
ane videri solent. Et ponamus etiam quod preter hec febris
ista prolongaretur. donec ad .xiiii. horas pertingeret.
diceremus quod hec febris non esset curanda. pure ter-
tiane medicatione. sed huius curatio ex flatice fe-
bris cura commiscenda foret. et deberemus dirigere
intentionem nostram ad id quod flegma atque coleram ab
egro educere solet posset. Eiusque nutricatio
ac totum regimen. secundum hoc esset ordinanda. Nos
quidem omnium compositarum febrium notare non possumus.
nec cuiusque illarum propriam subiecere curam. Oportet autem
ut huius disciplinae inspector. simplicium febrium
formas et earum curas. optime cognoscat. et post
compositarum cognitionem bene instituere. et earum curam
ex duarum simplicium curis temperare sciat.

Febres cognoscere compositas. valde est difficile.
excepto eo qui febrium simplicium cognitionem
valde discernere consueverit. Compositio vero febrium
fit multipliciter. G. in sexta parte libri pirexiarum re-
tulit in duo in primis pervenitur genera. Quorum unum
est ut unius febris materia. alterius febris materie
absque apostemate coniungatur. aliud autem quod generetur
in corpore apostema diversarum materierum. aut apostemata diver-
sarum materierum ex quibus proveniunt febres. Fe-
bris namque species que apostema splenis comi-
tatur procul dubio alia est ab ea specie febris que pulmo-
nis comitatur apostema. et alia que ad cerebri sequitur apostema.
et alia ab ea febris que epatis apostema comitatur.
nec est longinquum quin si duo ex his membris
apostimentur simul. tunc illa febris proveniat compo-
sita. De primo itaque genere quod proposuimus. dicemus quod
febrium compositio ex materiis. plerumque contingit propter
ex materiarum vicinitatem. quarum quedam plerumque est
manifesta. nec sunt vehementis commixtionis. ple-
rumque vero fit propter materiarum commixtionem que ita sunt
commixte. ac si una cum alia agitatum foret. De
compositione vero febrium que fit causa vicinitatis. dici-
mus quod materia unius febris plerumque componitur ex du-
arum aut trium febrium materiis. ut ex duarum terti-
anarum. aut duarum quartanarum. aut trium mate-
riis. Quod facile cognosci potest ex tredecim signis
que de hoc predicta sunt. In huiusmodi namque compositione
non provenit signorum diversitas cum ipsis. fit et febris
composita ex compositione materie febris continue cum
interpolate materia. sicut illa que fit ex colera ru-
bea et est continua. coniungitur alii febri interpo-
late que fit ex colera rubea. ex quibus febris
generatur composita. huius autem notitia facilis est. difficilis

lior tamen e prima. plerumque contingat febris compo
sita ex coniunctione interpolate unius speciei cum conti
nua alterius speciei. sicut illa que contingit ex commixtione
interpolate que est ex colera rubea cum continua ex flate
quam greci emitriteum uocant. et moderni medici
mediam dicunt tertianam quod tamen cognoscere ualde
est difficile. Set tamen febris composita fuerit pro qua
ntitate inuenies quod continua signa sua ualde
manifesta habebit. cum sola sit interpolata tamen e
ius signa sunt parum. Si cum interpolata superuene
rit. inuenies eius principium sensu notum et manifestum
secundum pulsum et quantitatem caloris. atque ipsius quantitate
et secundum tremorem que in pluribus interpolatarum febrium
contingit. aut secundum orripilationem que tremori est uic
ina. Si autem signorum que in febribus attenduntur
simplicibus recordatus fueris. hoc quoque cognosces.
Cum autem febres composite contingunt propter commix
tionem materiarum. cognoscendis eis difficultas
maxima est. signa quoque commixta erunt. et ex omni
uia diuisa. plerumque enim uidebit quod febris ac
cessio iam sit prope statum. Contingit etiam quod cum
materia interpolate in compositione illa inuenitur. et ple
rumque uidebitur tibi quod non dum peruenit ad statum.
quod contingit quia materia continue ipsam trahit retro.
Orripilatio quoque plerumque contingit propter materiam
interpolate que ad inferendum tremorem paratur.
Et aliquando quiescit orripilatio quod fit propter materiam
continue que non permittit ipsam aduenire. pul
sus quoque plerumque magnificatur. quemadmodum
in fine febrium contingit propter materiam interpolate.
Et plerumque fit paruus. Quod ideo contingit. quia materia
continue retinebit eum. nec permittit peruenire ad
statum. Hoc autem quod diximus de febrium compositione. uni
uersale est. discernere uero numerum compositionis febrium et
earum diuisitatem. et que illarum fiant ex materia existen
te in uenis. et que extra que est extra cognoscere
secundum materie putridae. et quantum est in ea ex unoquoque
humorum. et non exquisite fit materia. est res impossibilis.
Si quis tamen acuti fuerit ingenii et ualde usitatus
tus in hac re. secundum estimationem iudicet. quod ue
ritati proximum erit. Preterea scire debes quod in com
positione emitritei. colerica materia quandoque est equalis
flatice. et quandoque una earum aliam superat. Iccirco
eum compositum debet esse. ex eam colerice et flegmatice
matice. Est itaque medico necesse ut in hiis dece
tria signa que de hac re predicta sunt. tempora
do attendat. adhoc ut agnoscatur an curatio equa
lis debeat esse an ad aliquam earum declinet. Et
si ad aliquam. ad quam earum et quantum declinet. Com
positio autem febris que fit ex colera rubea et flate

quatuor est modis. Uno ut sint ambe continue. Secundo
ut sint ambe interpolate. Tertio. ut continua sit ex
colera. et interpolata ex flatica. Quartus uero modus
tertio est contrarius. Sexto et contingit ut ex febribus
diuersis quarum una alii successerit continue. procedat
at febris que sinocho simulatur. cuius tamen cogni
tio facilis est. ex quiete pulsus et eius magnitudine.
que secundum sensum in eo inueniuntur. deinde hiis predicta
sequitur uehementia et paruitas pulsus. iterum quoque
tepor et magnificentia pulsus. Et sic semper procedit
usque ad finem. De uariolis et morbillo.

Quem febris acuta et occlusa pueris perpetue. aut
iuuenibus euenire cepit. fueritque eum ei dorsi
dolor et narium pruritus. et in somno timor. ac
capitis grauitas et oculorum rubedo. et in corpore
sentit punctio. sciendum est quod egro aut ua
riole aut morbillus citissime superuenient. Quo
circa antequam apparere incipiant medicus egro
inueniat. minuere eum faciat. aut cum uentosis
sanguis extrahatur. comminuatur equidem san
guinis multitudo. Consequenter uero trocisci de
spodio cum succo granati acetosi in potu tri
buantur. Eger quoque non minuatur nisi ex ptisana
et hoc in mane et prope noctem fiat. Quod si post largi
orem appetierit nutritionem. fiantque ipsi uir
tus debilis alia non dentur. nisi lentes absque cor
ticibus cum paruo aceto condite. aut sorbitiones
que fiunt ex amilo et zuccaro et oleo amigdalino.
et epulum quod ex holeribus frigidis que habentur pos
sunt. comparatur. Rob quoque quod fit ex fructibus
acetosis aut stipticis ad bibendum detur. Uentris
autem si strictus fuerit. infusiones cotidie in po
tu sumantur. Ex hoc enim aut omnino prohibebitur pustu
larum egressio. aut si quando egressum fuerit. paruum
erit. Si uero eger a medico non prius fuerit in
uentus quam passio egredi incipiat. non erit te
minuendus. sed trocisci de spodio erunt dandi. si
corpus ipsius erit bene coopiendum ut sudor procede
tur. Ex hoc enim leuius fiet materia ad exeundum.
Cum autem incipit passio dum esse ad egrediendum. et
eger uideatur esse uehementis nausie. et cum multa
estuatione. et accidit ei lenitas et in aliquibus ho
ris. apozima de ficubus et uuis passis et lentibus
absque corticibus. et semine feniculi. et fustibus de
lacca. in potu sumat. quod hoc modo fit. Cuiusque
predictorum pugillus unus sumatur. deinde omnia in
aqua coquantur et colentur. quorum apozima mul
totiens in die sumatur. aqua preterea rosata in
qua sumac infusum fuerit. aut sine qui ex eius
nositate granati exprimitur. oculis instillatur.

Nota minutionem uariolis et morbillo. antequam appareat.

Item tribulatione

aqua in qua sumac cum pauco aceto mixta in potu
bibatur. et gargarismus similiter ex ea fiat. Quod
ideo fieri convenit. ne in oculis aut naribus aut
gutture ex ea aliquid egrediatur. Antimonium
quoque cum succo coriandri fricetur. et in oculis
multociens in die mittatur. Cumque tota pustulo-
sitas facta fuerit et maturata. eger super folia salicis
ponendus est ad dormiendum. aut lectus ei ex ro-
sis tritis est pulverizandus. Siquidem autem expedita egri-
tudine non cito siccatur quod sit magnum et cum multo
humore. ex aqua salsa cum coto imbibatur. Et si
fuerit hiemis tempus. ligna tamarici ante egrum
sunt comburenda. Si vero estatis tempus fuerit. ex
sandalis et foliis rosarum et mirti. suffumigatio fi-
enda est. Hec quoque omnia cum aqua coquenda sunt
in qua eger si siccitas pro dictorum tarditate fuerit
mittendus est. Cumque illud quod prediximus bene sic-
catum fuerit. et remanserit desuper cortex fedus.
et huius escaris. ex oleo tepido cum coto multo-
tiens in die ungatur. Cumque omnes cortices ce-
ciderint. et eger ex toto sanus fuerit. si signa
que remanserint removenda fuerint. ex eisque in
capitulo de remotione signorum posuimus. utatur
sepe. Balneo quoque et regimine quod adiuvat cum
valet. utatur. Quod si variole et morbilli egre-
diantur non minuto sanguine. sive duorum genera-
torum cum tricisis de spodio detur. et ex omni regi-
mine quod post infrigidare recitat. pullos ptisana
non comedat. nisi postquam omnes cortices qui sunt
super loca variolarum remoti fuerint. et febris a cor-
pore atque omnis calor sequestratus fuerit. Summo opere
cavendum est ne aliquid quod ventrem solvat egro
propinquam variole aut morbilli apparitionem exspectanti
tribuatur. Quod si venter multum solutus fuerit. ptisa-
na cum spodio. et gummi arabico. et bolo armeno.
atque rosis sicut in capitulo de fluxu ventris posui-
mus imposita tribuatur. Omnibus vero variolis ille
quarum colores sunt violacei. et que sunt parve et
dure et non maturantur. deteriores existunt. Morbil-
lus quoque cuius color est ut viole color. similiter est
malus. Si autem variole et morbilli duriter egre-
di et maturari incipiunt. nec febris nec estuatio se-
dantur nec alleviantur. et supervenerint post hec sincopis
et cordis tremor. eger procul dubio morietur.
Quod si variolarum egressio velox fuerit. et maturitas
velox. febris quoque atque calor cito sedantur. non
erit quod timendum. Quia nichil mali inde provenit.
Quicumque de hiis que necessario scienda sunt ad regimen
acutas egritudines regere voluerit acutarum egritudinum.
egritudines. prius cognoscere debet. an sint salutif-
ere. an periculose. et si sint breves aut longe. Et si
fines earum erunt cum crisi aut non. et in qua die fiet
crisis. et cuius speciei erit. Quomodo et eger ante crisim et
in tempore crisis et post crisim. et usque ad finem huius egritudinis
ipsum sequuntur. regendus sit. pensare debet. Nos
quoque in hoc nostro libro de his tractabimus ut consuevi-
mus. aggregationes horum et summas ponendo. De
Pulcritudo coloris signis bonitatem signifi-
egri. et motus sui levitas. et quod facile cantibus.
egritudinem tolleret. et pulsus fortitudo et ane-
litus bonitas. et intellectus stabilitas. et virtus appe-
titiva similiter manens. et sompnus ut bene dormientis.
et in lecto decenter iacere. hec omnia signa bona sunt
et laudabilia. Maturitas quoque manifesta in ap-
parentia. annuntians bonitatem perfectam et salutem. De
Hec signa multa sunt. Quorum signis malis.
quedam secundum hoc quod significant. diversificantur. Quapropter
cum signo cuilibet illorum ponemus verbum quod quantita-
tem fortitudinis signorum demonstret. Dicimus
enim signum quod est debile. signum non bonum. Quod autem
eo fortius est. signum malum. Et quod est fortissimum.
signum mortale. aut multum mortale. Hec enim pre-
nosticant. Ex eis sunt primum. ut eri erit et firmi. Confu-
sionis coloris in corpore febricitantis repente. ut si
unum ex membris sit calidum. et precipue si fuerit ipse
venter. et alia membra sint frigida. signum est non bo-
num. Facies que multum removetur a dispositione qua
habebat in sanitate. et sit macilenta. et mala. et non
naturalis. et siccata. signum est malum. Si si eger prius
multas passus fuerit vigilias et dormierit. aut
laboraverit. aut ventris obstrictionem. aut vehe-
mentem ventris solutionem passus fuerit. aut aliquam e-
vacuationem moderatam. ipsi malitia est minor. Et si
egri facies repletioni appropinquare visa fuerit.
nec intercessit spatium non plurimum ex quo eger grandi
fuit oppressus crapula. aut multis fuerit replet-
cibis. malitia similiter erit minor. Quod si facies
colorem extraneum visa fuerit. fueritque hoc ipso aere qui
est talis ad quem paulatim mutata fuerit. et qui prius
solitus erat comedere cibos humores generantes
qui huiusmodi est coloris. signum minus malum
erit. Urina preterea nigra. atque sputum nigrum. et
stercus quod inferius egreditur similiter nigrum. huius-
modi ex signis existunt mortalibus. Sudor cum fri-
goris febris magna fuerit mercurii. signa valde
sunt mortalia. Fetor anelitus et oris in acutis
egritudinibus. signum existit mortale. Frequens in
lecto revolutio. et ex aliqua figura in aliam
conversio mutatio. et alia accidentia ex quibus ho-
mines verecundari consueverunt. ut est aliquis verecun-

nota solutionem ventris prohibitam post variolarum et morbillorum apparitionem.

[illegible] signorum malorum

discoperit aut

discooperit. aut cum uentositatis inferiori cum sono
egredit. significatio e no bona. significat enim egri
inquietudine et mentis eius perturbatione. Cum
facies egri fiet extenuata. et oculi uidebunt co
caui. et timpora dilatabunt. et aures frigide fiunt
et in earum inmutabunt mutire. quare et extremitas que
fem pertrem fuit contracta. et faciei cutis tensa ap
parebit. et preter color apparuit citrinus et uiridis aut
niger. nisi eger multum prius fuit euacuationem
passus. omnia hec signa sunt mortalia. Quod si cum
predictis eger non audiat nec uideat. aut aliquod ex si
gnis affuit que in mortis demonstrationis fuit uehementi
tioni. mors iam imminere significatur. Paruitas u
ni oculorum. aut oris distortio. aut aliorum quidem
membrorum cum claudunt manifestationem preter solitum.
et dormire ita quod os non claudat. omnia hec signa
sunt ualde periculosa. Stridere dentibus preter so
litum malum signum est. sicut acutis accidit egritu
dinibus. Eger quoque cum acutis patitur egritudi
nes. et faciem a lumine remouerit. et a tenebris
fugerit. et oculi inuoluntarie lacrimati fluxerint. nisi
hic fluxus sanguinis ex naribus consecutus fuerit. hec
duo signa sunt non bona. Rubedo in albis ocu
lorum. et uene rubee aut nigre in eis apparentes.
sunt duo signa mala. Oculi congelati qui non
mouentur et tremuli qui non quiescunt. si fuerit ex
multo tremore eminere uidentur. et signis ex
sunt mortis. Oculorum egressio ad exteriora. aut
ipsorum profunditas in acutis egritudinibus. et uapi
tudo in eis existens. signa sunt non bona. Et si
eger super aliquod ex lateribus se quieuerit si supinus
iacere semper appetierit. et preter hec ad partem pedum
descenderit. hoc signum est mortale. Apostema magnum
inuenire et calidum cum febre uehementi et acuta.
signum est malum. Et si iuxta fuerit debilitati colo
rem apparens et febris adhuc perseuerauerit. signum est
ualde periculosum. Cum in acutis egritudinibus ex
terminatum ad est frigidus. signum est non bonum. Quod si
eius frigiditas augmentatur. et fiat fortior. est malum.
Et sicut hic magnus calor fuerit inuenitur. et sitis
est mortale. Et si hic superfluit multum. huiusque anhelitus
spiritus. et pulsus simul cum paruitate debilitate.
mors est propinqua. Cum extremitates et ungues
subfuscum mutantur colorem. aut manus et pedes ex
toto in frigidi fuerint coloris. ut primum non oportet accidunt.
immo cum hec augmentantur. et fuit in hoc in die critico. hoc
non est signum malum. immo bonum. quod egri significat e
uasionem. Quod si locum istum ulcerari. et corrumpi
ac putrefiat. medicamina constrictiua non sunt
supponenda tunc. hoc est si fuerit fuit. egritudo in

mento ad egrum redibit. et cum infirmi aer So
milis quoque si de iudicat autis coguntur. aut rube
do ipsi apparuerit. fluxusque in passione que frenesis
uocatur. aut oculi in sinanchia rubere uisi fue
rint. aut aliquis locus pectoris impleuerit. aut
apostema fuerit sub ascellis aut in mamillis. non erit loc
unificando. nisi que ipsum confortent erunt apponenda.
si emplastrum erit supponendum. et aqua calida ab alto
super ipsum erit distillanda. et uentose supponende.
si materia ad digestionem admodum stupida uisa fuerit
permanere peruenire. Cum hec erit liberabitur eger.
Testiculorum et uirge contractio in acutis egritudinibus
est malum. Signa que cum crisi uenire consueue
runt. si ante digestionem et in die non critico apparu
erint. nisi crisis secuta fuerit. mali sunt significatiua.
Cum eger nocte uigilat et in die dormit. labo
riose tamen et non continue. signum est non bonum.
Et si quando a somno excitatur ipsi debilitas ac
sue dispositionis malicia augentur. est periculosum. P
uatio digestionis cum inuentione uirtutis. egritudi
nis significat prolixitatem. cum crisis non est. est
periculosum. Egestiones calide et fortes in senibus et
in repletionibus in iuuenibus siccas et in regionibus frigidis
deteriores sunt quam que in hoc contrarius. Si
nanchia cum febre fortis caloris. periculosissima
est. Cum causon patienti superuenit tremor se
mel atque iterum. nisi sudauerit. et egritudo non fuit
alleuiata. si debilitas et dispositionis malitia aug
mentate fuerint. signum est periculosum. Cum labia con
torquentur. aut nares. aut palpebre. aut super
cilia in egritudinibus acutis post multum debili
tatem. et per quam eger sensum amisit. iam mors
imminere significatur. Tremor cordis assiduus
in acuta egritudine signum est malum. De singul
tu quoque similiter dicemus. Et preterea si cum hoc
anhelitus fuit constrictus et calor febris augmentatur.
signum est periculosum. Dolor fortis cum febre acutis
sima. periculosum est signum. et precipue si fuerit in ca
pite. aut aure. aut uentre. Cum in corpore ex
fuit ulcus. et fiet citrinum. aut rubeum. aut ni
grum. signum est periculosum. Oculorum congelatio cum
palpebre non palpitant. accidens est mortale. Sicci
tudo in homine semper sano qui fere numquam
egrotauit. timorosa est. Cum testiculi et uirga in
acutis egritudinibus protenduntur. et intestinum
prolapsum fuerit. signum est periculosum. Sanguinem e
naribus paulatim et debiliter fluere. et guttatim
egredi non est bonum. Et si cum hoc fuit niger. est de
terius. Et si in die critico contingit. est periculosum.
Cum in aliquo membro oritur apostema aut dolor. et

scilicet exsistente uirtute

ac ptisibus

Nota quod febre mortuos

sequitur post ipsum estuatio et inflammatio et si
tis et inquietudo, est malum. Et si cum eo con
tingit tremor cordis, est mortale. Vomitus colo
ris sicle (?) et fluxus ventris simul, est malus. Fa
ciei feditas aut pulvis in ea apparens in acutis
egritudinibus, signum est malum. Portiones (?) narium
perferre, signum est malum. Cum vomitus autem venerit
in acuta febre multus fuerit, signum est malum. Et
si singularis fuerit color eius, erit pernitiosum. Cum ocu
lus subito fit citrinus aut niger, et eger subito
perveniat ita quod salvari tamen non possit, signum
est pernitiosum. Sitis vehemens cum sudore frigido,
signum est pernitiosum. Anhelitus frigidus in acuta fe
bre cum crisis iuvamentis (?), egrum morti significat propinquum.
Cum in lingua apparuerint pustule, ciceribus
in magnitudine equales, fuitque febris fortis et
acuta, eger in principio sequentis diei morietur.
Cum sudor fluxerit ut perennis, est mortale. Cum
apparuerit urina frenetica, tunc iam prope mor
tem est. Cum spasmus febri acute supervenerit
postquam aliquot dies apostema pervenerit, signum
erit pernitiosum. Cum eger vermem simul et simi
le vomuerit, signum malum erit. Et deteriores fe
bres in acumine (?) sunt quas ista comitantur acci
dentia: tremor in principio absque sudore qui
ipsum sequatur, paucus sudor et precipue in capi
te et fronte, et vehementia vigiliarum, et estuatio
et nausia et timor et sensuum perturbatio et ex
tremitatum frigiditas, et precipue si fuerint non facile
calescentes, et superficiei corporis frigiditas cum magno
incendio in interioribus, et anhelitus spissus, et ex
tremitatum rubedo, et urina nigra et pauca
et urinosa (?) et spissa quasi mel, et si sitis absque calo
ris febrilis quiete destruitur, et appetitus inceptus (?) et in
sto ortum (?), et urine constrictio, et ventris fluxus
niger et urinosus, et distillatio sanguinis nigri
ex naribus fluentis, et egri revolutio ab uno la
tere ad aliud, et si ipsius sit diversis constitutus dis
positionibus, et ventris inflatio et multo apparatus (?) ge
nerato, et si eger omnibus que invenerit inheserit
et suspendat se. Omnia enim hec malum portendunt.
Cum res nigra et acetosa, ex qua terra ebul
lit in qua cadit, de ventre egreditur, perniti
osa est. Et si hec cum virtute fuerit debili, mors
iam est propinqua. Cum ex naribus egri colera stil
laverit citrina aut viridis, signum malum
erit. Cum eger parum sudaverit, aut ipsi corpus
quasi humectatum fuerit, et precipue capud et cer
vix post anhelitum frigidum, mors propinqua esse
significatur. Sudor in fronte post laboris p

Nota angustia

Nota de signis extracte

vehementiam, et pulsus ac mo
tus ensium (?), signum est mortale.
Et si eius pulsus vehementer
est, mors iam est propinqua. Cum
eger pedes usque ad pectus sur
sum elevaverit et deinde eos
iterato proiecerit, signum
erit valde pernitiosum. Cum fe
bris fuerit adhuc fortis, que
deinde subito se alleviave
rit, et calor quieverit sine e
vacuatione precedente, tunc eius
permissis quod calorem extinguit
in permutatione infirmi cum ac
te, pulsusque velocitas quieverit, et motus fuerint
debilitati, et discessio (?) quieti simul supervenerit,
signum est quod cito morietur. Cum os infirmi con
torquetur, neque eger inde levior fit, nec ei sensus
ad eum redit, signum est mortale. Et si cum hoc
levior fiat et ad suum redeat sensum, est bonum. Cum
egro supervenerit yctericia ex qua ipsi egritudo non
fuerit alleviata sed potius augetur malicia, signum
est mortale. Omnis sudor qui non totum tenet corpus
est non bonus. Similiter qui non in die fit cretico
nec est talis ex quo eger alleviet, est non bonus.
Si autem in die fiat non critico et fuerit calidus, est bo
nus. Sed si fuerit frigidus et paucus et fuerit in capite
tantum, est mortalis. Sudor frigidus cum febre
acuta pernitiosissimus est. Cum post sudorem tremor
sequitur, signum est malum. Signorum virtutes inter
se conferende sunt, unum videlicet cum aliis. Unum
namque signum bonum cum fuerit forte multis
malis responderit signis, plerumque est signum bonis.
Multis non bona signa coniungunt, pessima si
signa fere numquam signis valde bonis con
miscentur. Cum sanitas pulsum faciens sana
fuerit et corporis motus facilis et appetitus comeden
di et bibendi fortis non destruitur, non est pavi
dum propter accidentia multum terrefacientia. Quod
si cum hec manifesta digestio iam precessit, nullo modo
ex eis est timendum. Sed ostendentur est timendum quod ipsum
eiciunt ad crisis, et precipue si in die apparuerint
que diem creticam precedit. De tempore febris et

Egritudinis brevitas ex fortitudine cognoscitur
sui nocumenti et sui impedimenti quod efficit, cognosci
potest. Impossibile est enim quamlibet
egritudinem que vehementer
nocuerit et impedierit diu per
manere. Sed aut cito perimet
aut afferet aut aliquam cum crisi

Ypocras. Sudor
frigidus in febre
in egritudinibus
acutis significativus
est super velocitatem
mortis. Et in feb
ribus lentis significa
tio est super longitu
dinem infirmitatis.
Et nota febrium in
centivarum (?) in solo
ne omnino absque eva
cuatione quia est
pernitiosum.

Nota

Ypocras signa bonorum et malorum crisis

Ypocras significat
paroxismos febrium
et horas egritudi
nis infirmitatum
ipsarum et hore anni et
incrementum eorum
ad invicem.

expellere. hec autem intentio cum est in inuentionem
.s. quia egritudo magni nocumenti durare non potest. et egritudo plerumque quamuis parue sit lesionis et parui infert nocumenti. ad hoc tamen non est durabilis ut effimera. Ad motionem autem egritudinis breuitatis iuuant tempus calidum et regio calida et habitationis prauitas. et ut corpus molle habeat carnem et paucam et carnis sit laxa et non plena. et postremo omnia que corpus cum efficiunt ad plagam (?) non ipsum mouent. hec omnia iuuant. Et uehementia incendii febris et accidentium ipsi fortitudo. et ei conclusio. tempus breue fore significant. Si priuatus caloris ei et accidentium leuitas. ipsi significant plurimum. cum absque manifesto euenerit digestione. ut fiunt cum febre effimera. Cum autem contingit ut cum digestione accessiones cum tendit

et accessio ad augmentum tendere dicatur. id est tria. s. ut prius inuadat quam prius. et ut plus diu teneat. et ut accidentia sint fortiora.

ad multum tendit augmentum. egritudo breuis fore significant. nam si accessiones multas super primam incendias uehementia et accidentium fortitudine. egritudinis portendit breuitatem. Quod si superatio fuerit parua. aut fuerit accessio qualis prima. egritudinis demonstrant plurimum. Species quoque febris. sui temporis spatium significant. Effimere ab uno die usque in quatuor consumitur. Terciana quoque pura .vii. non transit dies. et secundum maiores in septem terminetur diebus. aut paulo plus aut paulo minus. et est secura. Notha non cum accidentia flatice accidentibus miscentur. adeo fit mansuata ut plerumque postremum anni aut amplius pertineat. et est febris mala et non secura. Cum enim est acuitatis et digestionis tarditatis. et uiscerum corruptio. Omnes preterea febres que sunt continue. breuiores sunt interpolatis excepta ethica quia longa est. Quanto enim calor in ethica uehementior fuerit. erit prolixior. et econtrario. Conclusa uero febris uehementis caloris. et fortis existentes incendii ut terciana continua et sanguinea. quas medici continuas egritudines et febres acutas uocant. xiiii. non transcendit dies. Quod tamen fit. cum non multum caloris et incendii extiterit. Cum enim adultimum eis deuenerit finem. in iiii.o et .vii.o die declinabitur. Si si in medio horum fiunt. in septimo. In his quoque febribus. minor est maximus. Flatica non et quartana prolixe sunt. quartana tamen est multum secura. Si flatica non est secura. febres et pestilentiales. sunt breues. triplices uero sunt prolixe. De cognitione temporum febris.

Egritudinis principium computandum est ab hora in qua eger mutationem et agitationem in suo sentit corpore. et angustiat dispositionem suam a consueta manifeste diuisam. Ex hoc namque tempore usque quo aliquod digestionis signum appareat. licet ualde sit occultum. tempus principii existit. Ex quo autem digestionis signum apparere incipit donec digestio compleatur. tempus est augmenti. Finis autem temporis augmenti. est egritudinis status. post horum non omnium apparitionem. tempus sequitur declinationis. Quod autem ad egritudinum acutarum curationem. et ad sciendum ad quid eorum dispositio sit uentura. plus est necessarium. est egritudinis statum cognoscere. non est enim terminandum usque ad hoc tempus. nec mutatio consumitur nisi secundum hoc tempus. Eger enim nullo modo moritur post statum. nisi alia ei superueniat egritudo post statum que necem inferat. Quapropter prognosticum cognoscendi ad quid eorum dispositio sit uentura. absque dubio exquisite. cum statum egritudinis suspensum est. Egritudinis autem status pendet cum apparitione complete digestionis. Signa autem temporum interpolatarum plerumque habentur in exitu accessionibus. Accessio est secundum cum hora anticipauerit. aut plus prima permanserit. et eius accidentia fiunt fortiora. febris augmentum fore denunciat. huius autem contrarium. febris diminutionem eiusque declinationem significat. Ad hoc tamen non sufficiat horarum accessionum augmentum aut earum prepositio sola. Sunt enim quedam febres quarum prorsum exitus generaliter semper horam anticipant. Et sunt alie quarum accessiones ex genere suo contrarium illis habent. Verum in istis est cum anticipationis continuatione aut prepositionis cognouerit aliquis. ad quam earum tendit ordo. et deinde percipit in ordine predicto augmentum plus solito habundare. significabitur egritudo ad augmentum tendere. et econtrario. In febribus quoque accessiones habentur cum remanentia. similiter earum dispositio. prolixitas autem temporis accessionis et suorum temporum dispositio. due existunt significationes. que uehementer ualent ad cognitionem temporum febris. et precipue accidentium dispositio. postquam enim hora principii accessionis retardata fuerit. et ipsi mora fuerit breuis. et cum hec ei accidentia fiunt fortiora et uehementiora. firma erit significatio et uera. quod egritudo adhuc tendit augmentum. Si preterea omnia hec coniuncta fiunt. dubietas iam erit remota. Egritudinis preterea accessiones cum fuerint equales. egritudo erit in statu. Egritudinis quoque longe. tempora sunt longa. Et breuis

egritudinis tempori breuia sunt. In quartana uero quia tamen plerumque multe inueniuntur accessiones equales, similiter aut tertiana, plerumque augmenti signa in prima apparent accessione, et diminutionis signa in proximo qui ipsam sequitur inueniuntur manifesta. Febrium autem occlusarum tempora ex accidentium augmento et eorum diminutione cognoscenda sunt. Signis tamen digestionis plus est credendum. Si in cognitione temporum febrium plus est studendum et elaborandum, cum sint acutiores et breuiores. Febris enim tempora abreuiantur et minorantur secundum ipsius acuitatem. Febres uero secure in quarum temporibus sunt equales prolixiores aut quandoque insistunt necesse in augmento et in ascensione. De cognitione digestionis.

Quam febris absque apostemate fuerit, digestio non est attendenda nisi in sola urina, sicut tamen in singulari capitulo nominatum sunt. Cum autem febris apostemate molestatur, cum urine inspectione necessarium est et superfluitates que de membro ubi est egritudo egrediuntur attendere. Considerabimus ergo in egritudine pectoris et pulmonis materiam quam expuit eger. Dum enim nichil eger expuit, et febris ullo modo alleuiata fuit, nulla digestio adhuc ibi erit. Cum autem eger modicum quid et subtile exspuere cepit, quod cum labore egreditur licet parum, digestio tamen iam incepit. Cum uero aliquid grossum et multum et facile exscreare cepit, digestio iam est completa. Exspuebat autem ex cuiusmodi materia, et quam non secundum digestionis uiam recedit. Est sic sputum emittere parte rubeum, quo deterius est quam est parte citrinum. Liuidum uero omnibus illis malignum existit. Hoc enim licet cito appareat, nichil tamen preter malum portendit. Significatur est huiusmodi rem de genere rerum que ad maturitatem peruenire non existere, sed ex illis que putrescendo maliciam inferunt. Que urine nigre similia existunt, et urine que eis que sunt intra fel assimilantur. Sputum uero quod ad maturitatem uentura spuitur est album, aut illud in quo tantum rubedinis aut citrinitatis continetur ex quo sputum neque supra neque undique coopertum possit. Sputum quasi quod perfecte est maturum album existit, aut illud in quo maior pars alba cernitur cum de subtilitate in spissitudinem mutatur et de laborioso exitu in facilem mutat egressionem. De crisi.

Sanari aut mori multis contingit modis. Est enim quando egri dispositio paulatim tendit ad deteriora donec eger moriatur. Et est cum paulatim tendit ad melius donec sanetur. Est etiam cum egri dispositio subito accidit que ipsum ad mortem ducat. Et est cum subito accidit ei euacuatio que sanitatem et perfectionem bonitatis in eo perficiat. Est quoque quando cum euacuatione subito accidit ei dispositio que ipsum ad sanitatis perfectionem ducat. Et est quando cum euacuatione et subito accidit ei alia dispositio que ipsum ad sanitatis perfectionem ducat. Et est quando cum euacuatione subito accidit ei alia dispositio que ipsum ducat ad mortem. Dispositiones uero ex quibus egro subito euacuatio et magna superueniet mutatio, nominamus crisim. Dispositionem tamen que egrum ad perfectionem perducit sanitatis, uocamus crisim bonam et perfectam. Que uero ad meliorationem perducit, dicimus crisim bonam et diminutam. Et de natura huius mutationis que subito contingit est ut maxime eueniat egritudinibus. Et quanto plus egritudo fuerit acutior, tanto magis huiusmodi mutationes in ea plus fient et fortiores. Dispositiones autem que in pluribus attenduntur egritudinibus paulatim tendunt ad sanitatem aut ad mortem. De signis indicantibus crisim.

Crisim antequam fiat precedit fortis inquietudo et frequens reuolutio et alie dispositiones uehementer terrificantes. Unde multi et medici diminuti tunc timent et de egro diffidunt. Et si fuerit febris ex eis que faciunt paroxismum, accessio horam in qua uenire consueuerit aut in qua grauius infestabat preueniet, et accidentia in fortitudine augentur. Quod si febris fuerit continua, accidentia ante crisim fient duriora et fortiora. Ex signis autem que crisim precedunt et ostendunt est intellectus disturbatio et scotomia et uertigo et egri inquietudo et uisio ei insignitis (?) et inloc... (?) et anhelitus constrictio et capitis dolor et colli fortis. Et tristitia et nausea et rubedo faciei adsunt, et ymagines ante oculos apparent, et lacrime inuoluntarie fluunt, et labiorum agitatio, et in stomacho dolor aut in inferioribus uentris et dorsi, aut rigor, et urine ac egestionis duritia, et sitis uehementissima, et tremor, et contractio pellis ypocondriorum ad superiora. Omnia hec crisim precedunt. Quod si cum istis accidentibus terrificantibus et extremis egritudo fuerit acuta et aliquod ex signis quod iam apparuit uisum fuerit, et prius in fortitudine augmentatur, digestione iam precedente, absque omni dubitatione et securiter indicari potest quod euacuatio sit secutura, aut cum sanguinis fluxu ex naribus aut uentris fluxu aut uomitu aut his similibus. Et quod egri dispositio mutabitur aut ad bonitatem aut ad meliorationem. Et precipue si hec agitatio fiat in die

delior in prost (?)

Idem G 2o de crisi impr (?)

et norte que dici critico continuatur. Similiter si signum digestionis ante digestionem apparuerit et pulsus cum eo ceciderit. Sciendum est quod dispositio apostematorum
minuitur. **De cognoscenda specie evacuationis.**
Crisis erit aut per mutationem per quam **per quam** materia de membro ad aliud mutatur. **Fiet crisis** in membro. Sicut exitum que iuxta aures generantur origine cum cerebrum quod in eo continetur ad illam expellit. Et illud quod fit in collo cum sinanchia solvitur. Et sic apostema quod in manu aut pede generatur. Aut in gressu ibi certi. In aliqua acutarum egritudinum cum materia ad illa expellitur loca. Aut fit per evacuationem manifestam, ut fluxu sanguinis ex naribus, aut fluxu ventris, aut sudore et urine provocatione. Per exitum quoque sepe fit crisis febrium que non valde sunt acute. Plerumque enim contingit crisis egritudinum que in cerebro generantur. Papule que iuxta aures principaliter oriuntur cum non multi fuerint caloris nec multe acuitatis. Febrium quoque crisis que interiorum contingunt apostemata fit per apostemata mala et timorosa cum quibus lingua nigrescat et membra, cum virtutes nature in illis non fuerint perfecta, immo parum debiles, aut cum dolor articulorum egro ante accidere consueverit.
Cum evacuationes autem manifeste provenerint crisis febrium provenit et multe caliditatis et precipue cum natura fuerit virtuosa valida et fortis. Species quoque evacuationis plerumque contingit secundum febris materiam. Erit enim in terminatione febrium consumatio plerumque cum sudore. Et febrium ex sanguine consumatio fit fluxu sanguinis ex naribus. Fit vero crisis quandoque fit fluxu sanguinis ex naribus, quandoque fit cum sudore multo incipiente. Crisis quoque febris que causonis apostema committitur fit quandoque fluxu sanguinis ex dextro nare, quandoque fluxu urine, aut fluxu ventris, aut multo sudore loci illius. Terciane autem febris crisis plerumque fit cum sudore. Plerumque vero contingit cum vomitu colerico aut fluxu ventris similiter colerico. Quartane quoque crisis plerumque fit fluxu ventris nigro et fluxu urine nigre. Nocturnarum autem febrium crisis fit sudore et ventris fluxu colerico aut flatico. Ex hiis autem que ostendunt nos credere futuram crisim per exitum in aliquibus artubus futuram, est ut febris non sit acuta, et ut eger aliquos ex artubus prius doleat, et ut urina sit subtilis. Confirmatio quoque quod crisis sit futura fluxu sanguinis ex naribus est faciei et oculorum rubedo et venarum que sunt in collo et vocatur guidegi exuberantio et motio ante oculos apparentes, et lacrime fluentes, et oculorum tenebrositas, et manuum pruritus ac earum rubedo, et tensio que est sub ypocondriis ad superiora contracta, et anhelitus constrictio. Certitudo quoque crisis cum vomitu future est nausia et stomachi subversio et labii inferioris concussio et salivarum fluxus abunde. Confirmatio vero quod crisis cum sudore sit futura est ut urina retineatur, post quam signa crisis apparuerint, et venter constringatur, et pulsus fit levis et plenus et corpus tactu sentiatur calidum et vaporosum, precessione tamen et acumine in eo existente. Confirmatio quoque crisis cum fluxu ventris future est ut post hec signa sit in inferioribus ventris sub umbilico gravitas. **De signis que crisis bonitatem et ipsius maliciam et eius complementum ostendunt.**
Crisis bona est que post **diminutionem significat** digestionis fit complementum. Que autem contingit ante perfectam digestionem bonitatis habet minorationem secundum hoc quod fit ante quam aliquid ex signis digestionis protendentibus appareat. Et crisis mala sibi autem melior existit crisis que post perfecte digestionis fit apparitionem et in aliquo ex diebus hec crisis. Et cum qua humor qui intulit egritudinem evacuatur. Cum in evacuatio fit per virtutem patientem et non est insilia quantitate diminuta, et post quam eger levitatem et multam sentit quietem, et omnia que prius sentiebat quiescunt adeo ut nichil excepta sola debilitate remaneat. Ipsa enim sive bona sit sive mala, crisis tamen erit diminuta.

Et dicitur de evacuatione ut per virtutem fiat patientem. Sic est intelligendum, ut materia expellat per membra in quibus patienti membro per quam evacuatio fieri consuevit. Ut si materia est in capite, ut expellat fluxu urine sed fluxu sanguinis ex naribus.

De diebus creticis.
Hee evacuationes quas nominavimus non accidunt nisi in egritudinibus acutis. Et accidit egritudini mutatio magna in aliquibus egritudinis diebus septimis. Ideoque dies hii cretici vocantur. Dies vero qui inter egritudinis dies primus existit non est creticus nec secundus. Tercius vero creticus est. In eo enim plerumque consumuntur febres que sunt peracute. Quartus inter dies creticus est. Ipse enim pronosticat quid in die septimo aut sexto sit futurum. Si enim in eo bonum apparuerit signum, ut est digestio minima, aut evacuatio licet diminuta, proveniet cum eo levitas et complebitur bonitas illa in die septimo. Si autem malum in eo visum fuit signum.

Valde

Deterior vero crisis est que hunc omnino contraria invenitur.

27

Quare .xx. dies quod in sexto quod in septimo nichil mali contingit numquam

egri dispositio aliquo modo deteriorabitur. quod complemen-
to in die septimo manifeste complebitur. Quintus
quoque dies est creticus. Frequenter enim fit in eo crisis
bona. Sextus autem dies quarto aut quinto
non est minor secundum crisim que sepe in eo contingit.
Crisis tamen bona fere numquam in eo fit. Quod
si quandoque contingit evacuationem in eo fieri que
egro conferat. impossibile est quin post sequatur
fortis egri labor. et magnus timor. nam eger est se-
curus quin aliquid ex materia egritudinis re-
manserit. ex quo egritudo recidiva fit egri.
Septimus vero dies omnibus creticis diebus in sua
malicia et bonitate superior existit. Quartus fere di-
ei sexto contrarius est. Crisis enim que in eo fit. levis
est et parva timoris. cum qua tota egritudinis
materia ita evacuatur ut nichil extra remane-
at per quod egritudinis fiat recidivatio. In octavo
vero die. fere numquam fit crisis. In quo si e-
veniat. rarissime tamen contingit. et est mala.
Nonus iterum creticus est. in quo sepe fit crisis quemad-
modum in tertio et quinto. crisis quoque que in eo fit.
est bona. et ipse portendit quid in undecimo sit
futurum. In decimo autem crisis evenire non potest.
quod et si in eo contingat. erit mala. Sed dies .xi. est
creticus. et est ut tertius et quintus et nonus. qui et significant
quid in die quartodecimo sit futurum. In duo-
decimo autem non contingit crisis qui et talis existit.
qualis octavus. Tertiusdecimus autem inter illos qui
sunt cretici et qui non sunt cretici medius existit.
fit enim in eo crisis quandoque. sed non sepe. Quartusde-
cimus autem dies creticus est. et est a septimo secundus.
secundum hoc quod crisis in eo frequenter fit que bona exi-
stit. Quintusdecimus autem est sicut tertiusdecimus. Verum
in sextodecimo non evenit crisis qui est eiusdem
generis cuius est duodecimus. Septimusdecimus iterum
dies creticus est. qui eiusdem generis cum nono existens.
quid in vigesimo futurum sit die. porten-
dit. In octavodecimo autem die crisis minus con-
tingit quam in septimodecimo. quod et si fiat. de-
terior invenitur. In nonodecimo quoque
die. fere numquam contingit crisis. quod et si eve-
nerit. non erit mala. Rursus vigesimus
dies creticus est qui sequens est quartumdecimum in mul-
titudine crisis. que in ipso sepe contingit. et boni-
tate sua. In die quoque vigesimo primo
quandoque fit crisis. licet multo minus quam in vi-
gesimo. Vigesimus autem quartus dies est
creticus. Fit enim in eo multotiens crisis.
qui et sequens est vigesimum in bonitate. Post
hos autem dies vigesimus septimus et trigesimus

primus. et trigesimus quartus. et trigesimus septimus. et
quadragesimus. cretici inveniuntur. In aliis vero
diebus quos non nominavimus. fere numquam contingit cri-
sis. Post quadraginta vero dies fere numquam fit cri-
sis cum vehementi expulsione et manifesta. nam egritu-
do consumitur vel est occulta resolutione. Crisisque
dies fortiores sunt usque ad quartumdecimum. et ante ipsum.
et usque ad dies viginti. dies enim septimus ut sep-
timus. et quartusdecimus et vigesimus. et quartus sicut quartus. et sep-
timus. et undecimus. et quartusdecimus. et septimusdecimus. et
vigesimus. et alii qui inter istos numerando reperiuntur.
ut tertius et nonus. et undecimus. et septimusdecimus. for-
tissimi sunt. dies tamen septimi propter quartos fortio-
res existunt. Quod si egritudo vigesimum transie-
rit diem. signa dierum in medio existentium debili-
tabuntur. unde fere numquam in eis fiet crisis.
Virtutes quoque creticorum minuuntur. nam remanet
fortitudo vel in septimis qui sunt .xxvii. et .xxx-
iiii. et .xl. Quarti vero ut .xxiiii. et .xxvii.
et .xxxi. et .xl. debiles sunt. Postquam vero egri-
tudo quadragesimum transit diem. virtus expulsi-
va omnino debilitatur. nam fit crisis vel per exitum aut
cum resolutione. Cum signa crisis in die aut
nocte que cretico diei continuatur apparuerint. con-
fidens est tenendum et ad hoc declinandum. quod si-
gna illa non pervenerunt ex egritudinis malitia. sed
propter crisim. et confidendum est crisim eadem die fore
futuram. et precipue si dies indicativus iam hec signa
venit. Si autem in die aut nocte que cretico diei
non continuatur apparuerint predicta signa. minime est con-
fidendum quod predicta signa crisis sit futura. et
plus est credendum tenendum signa illa non apparuisse
nisi propter egritudinis maliciam. et precipue si digestio-
nis signum ibi nondum apparuit. Febris quoque cum
ad malignitatis et fortitudinis ulterius pervenerit
se videtur. et signa mortis cum hec apparuerint. eger
ante quartum diem aut in ipso morietur. Quod si pri-
mitatis minor predicta videatur. erit cum signum
certius salutem. et perveniet crisis ante quartum diem aut
in ipso. Que si adhuc minor hac fuerit. fiet
crisis in die septimo. et precipue si in die quarto
signum bone digestionis aut alicuius alleviationis
visum fuerit. In die quoque sexto aut in nocte se-
ptima si evenerit huiusmodi acuitas et crisis si-
gna iam manifesta apparent. confidendum est cri-
sim in ipso futuram fore. Et sciendum quod fiducia pro-
gnitionis bone crisis et salutifere. plerumque est
firmior et magis certa quam male crisis. Simi-
liter quoque cum egritudo fuerit minoris acuita-
tis. crisis est speranda. Est preterea attendendum quod

in diebus indicatiuis eueniat. Et est timendum quod
res in die cretico perficiatur qui ei propinquior inue
nitur. si febris fuerint acute. Si autem fuerit mi
nus hoc timendum est quod in diebus septimis preter
perficiatur. Hoc enim uirtus maxima est. De urina.

i. ypostasis. i. eneorima. i. nebula.

In urina attenduntur color. substantia. et odor. et illud
quod in fundo residet. aut quod in medio pendet.
aut quod in superficie apparet. Color enim albus est
subtili substantia qui aque assimulatur colori. Se
pius apparet in diabete qui est egritudo propter quam
patiens multum potat aquam. nec tamen eius seda
tur sitis. quia illico cum urina egreditur. Appa
ret quoque urina cum huiusmodi colore. post
multam comestionem et multam potationem an
tequam digerantur. Cum autem huiusmodi color in
egritudinibus apparet diabete non ibi existen
te nec multa potatione cum largo cibo pre
cedente. ultimam portendit cruditatem. et di
gestionis priuationem. et caloris frigiditatem. Color alter
secundus est in quo parum continet glaucedinis sicut
in aqua apparet que cum palea cocta est. Et

i. pinguitate

digestionis lenitatem significat et debilitatem. Terti
us quoque color est color citri qui caloris temperiem
incipere demonstrat. qui nec maior est quam debe
at. nec minor. Color autem quartus est igneus. Et
significat caloris augmentum et inflammationem. Quin
tus quoque color est color croci. qui non plus de
monstrat caloris quam igneus. Significat tamen
sanguinem in corpore multum habundare. et ex eo
urine aliquid fore inmixtum. Sextus uero color est
rubicundus non ualde clarus qui colorem rubeum
significat et sanguinem. Quod si in superficie urine huius
modi huius colore spuma fuerit citrina. signi
ficat hictericiam. Septimus quoque color est niger.
Et si urina huiusmodi colore huius preter flauum
apparuit et rubeum. ultimam significat inflamma
tionem et incensionem. quod in febribus acutis omnis
urina deterior existit. et precipue si ualde fuerit
crossa. pauci quoque inueniuntur qui cum talem
fecerit urinam. euadunt. Urina est nigra quando
apparet post menstruorum fluxum. aut post corruptio
nem. aut in fine egritudinum que ex colera ge
nerantur nigra. sicut est quartana. et splenis ma
gritudo. et melancolia. et horum similia. nec tunc ma
lum portendit. immo quandoque significat bonum. quod si
contingit cum in fine egritudinum que ex colera generantur
nigra apparet. Urina preterea nigra quandoque ap
paret post urinam albam et mundam. et tunc ultimam
caloris frigiditatem et caloris innati extinctionem signifi
cat. nec est in malicia minor priori. sic est cum ei

fortitudine. Urina quoque quandoque tingitur propter al
channe linimentum. et fit ualde rubea. quandoque ex po
tu cassiefistule. et aloes. et croci. et ex multis re
bus quibus est tinctum. Viridis autem quandoque ap
paret propter comestionem holerum. et nigredo quandoque
uidetur in ea ex comestione almuri. et ex potu
uini nigri. quemadmodum diximus. Urine pre
terea plura accidunt tinctura propter multam aque
potationem. et quia prius antequam urina egre
deretur. comedit et bibit. plus quam accidentia sunt
hec omnia. et sic peruenit iudicandum. Tingitur etiam
urina quandoque propter dolorem uehementiam. licet cor
mania sit humor frigidus quemadmodum in coli
ca. et qui dentis dolore et auris contingit. Testi
ficatur quod per eam malus significationibus. sic cum
istis significationibus. Urina est fetens et per
mutata apparet quandoque propter ulcus quod in instru
mentis oritur urinalibus. Vesica cum suo fetore
perturbat eius substantiam permixtam cum sanie et urin
nec erit tunc cum ea febris acuta et incerti
na. ardor tamen in urine egressione cum ea sen
tiatur. Quoque ei fetor non assimulatur fetori quod in uri
na sentitur cum putrefactio est in uenis. Substan
tia autem subtilis. cum subtilitas aque assimulatur
subtilitatem. digestiue innuit debilitatem. Spis
sa quoque cum spissitudo spissitudini [illegible]. aut
crossicia liquoris qui continet in se ille assimi
latur. superfluitatem innuit digestiue. et corru
ptionem humiditatis in corpore habundare. et ipsi
precipue secundum hoc fuerit pau
ca. Inter hec uero mediocris existens. bonitatem sig
nificat digestiue et quod caloris dispositio et humor que in
uenis continetur est temperata. Perturbata quoque
humorum qui sunt in uenis. cruditatem et indi
gestionem cum caliditate quod in eis operatur putrefac
tionem. significat. Urina turbida cum cito di
uiditur et capillitus quod in ea est ad fundum descendit
magis propinqua ad maturitatis significationem
existit secundum tamen sue descensionis uelocitatem.
Odor autem qui ab urina perdit simul ei quare
acuta et siccissima dissoluit. maturitatis
indicat superfluitatem. Cum quandoque in febribus sen
titur. et in capitis apostematibus. et ea portendit fi
nem. et quandoque contingit cum ulceribus in instrumentis
urinalibus sicut prediximus. Nos tamen iam diuisimus
inter illam et hanc dispositionem. Urina autem carens odo
re. multimo existit cruditatis. et diminutio
ne digestionis. Que uero in medio stat. digestionis
significat equalitatem. Ea uero que inferius de
scendunt et que superius eleuantur. et que in medio pendent.

sunt modi ex quibus sumuntur significationes dige-
stionis que fit in venis. et ad illos intendit in con-
gestione maturitatis febrium. Et hoc est illud cui
innitimur. Hec autem inspissa substantia distillationi que
fit in aqua rosata assimulatur. Eius quoque que infe-
rius descendit melius iudicium id quod est album et le-
ne et in fundo vasis residet. cuius quidem dispositio ta-
lis permanet in diebus egritudinis omnibus. hec autem
laudabilis ypostasis. cum melioribus ex coloribus quod est
citrinus et melioribus ex substantiis qui inter subtilita-
tem et spissitudinem mediocris existit. apparet.
et cum laudabiliore ex coloribus quamvis in fe-
riore superfluus est nisi eodem ordine perveniat. hec igitur
urina omnibus aliis urinis laudabilior iudi-
catur. Cuius etiam significatio perfecta est. significat enim
digestionis perfectionem. et malitia egritudinis
et ipsius nequitia nos securos reddit. Illam autem
ypostasim in bonitate sequitur eneorima cum
secundum hunc recepit modum. postea quod in nefilis consistit.
hec autem duo eadem tamen non sunt. immo in eis cum in
acutis apparent egritudinibus magis invenitur
significatio. quam significationem perfecte maturi-
tatis et secundum malitia egritudinis propinqua
existit. Et cum eneorima apparuerit. et egro in
malum non supervenerit accidens. postea primum tempus
descendit in fundo. nefilis quoque cum ita se ha-
buerit. consequitur ad locum descendet eneorimatis.
postea ad ypostasim. Color autem qui in ypostasi at-
tenditur. melior existit albus cum longitudi-
ne forme existens. post quem est rubeus. Significat
enim rubeus salutem cum egritudinis prolixitate.
Glaucus vero secundum quanto maiori participat ci-
trinitate. tanto est deterior. Quod autem pure citrinus
est. eius peior est. Viridis quoque est isto deterius. postea
nigrum. Hoc namque secundum significat quod materia
egritudinis amaritudinis materia egreditur. quia
ad putrefactionem et corruptionem semitam ten-
dere incipit. dispositio quoque secundum nigri
secundum locum dispositioni albi secundum ordinem contraria inve-
nitur. Secundum vero est nigri malitia cum est in lo-
co nefilis. minor est quam cum est eneorima. dete-
rior cum est ypostasis. Quemadmodum autem nigrum
secundum est deterius. et album melius. sic lividum est
medium inter bonitatem et malitiam. Cuius quoque
dispositio mutatur secundum quod uni eorum appropinquat.
Secundum quoque eiusdem est malum. Quod si cum fe-
bre fuerit acuta. significat mortem. hoc autem semi-
ni magnis tritici furfuris simila-
tur. Significatio autem qua cognoscatur matu-
ritas quandoque habetur ex urina subtili et alba.

quandoque ex rubea. quandoque ex citrina. quandoque ex rubicon-
da. quandoque ex turbida et spissa. Cum vero maturita-
tis significatio habetur ex alba et subtili. prius colo-
rationem acquirit. postea consistentiam. deinde paula-
tim incipit sic augeri donec color sit citrinus
et substantia equalis. In hac autem urina bonum apparuit
secundum me si invenitur multa est superfluitatis. aut
egritudo est ex repletione. aut corpus egri est crassum.
Si vero hoc non fuerit. erit istud id est ad perfecte
maturitatis significationem sufficiens. Colores
autem qui sunt extra temperamentum. paulatim dimi-
nuuntur et substantia in qua sunt. quod paulatim tendit ad
subtilitatem donec color sit citrinus et substantia sit in
mediocris. Cum autem urina in febre a maturi-
tate abbreviata fuerit. aut cum transierit. si post-
ea cotidie ad eam redierit. febris est salutifera.
et humor non est difficilis digestionis. nec fraudulente
putrefactionis. Quod si ei dispositio prima semper eius
manserit. contrarium ei quod diximus significabit. et erit
egritudo terrefaciens. Et si cum hoc virtus fuerit ca-
dens. mortem significabit. Sed si virtus fuerit for-
tis. egritudinis demonstrabit prolixitatem. hoc
primum in febribus apparet flaticis. et quarum ex coloribus
sunt nigra. Secundum vero in febribus invenitur
acutis que sunt multe malicie et iniquitatis. Si
autem significatio perveniendi ad maturitatem su-
mitur ab urina turbida et spissa. cotidie a-
ugetur ipsi claritas. et eius ypostasis similiter
in bonitate augmentatur donec eius ypostasis lauda-
bilis fiat sicut diximus si deus voluerit. Tunc enim vir-
tutis quantitas consideranda est. Cum est adhuc per-
manens virtus fuerit. de morte egri non est timendum.
Et si cum hoc urina cito fiet clara. sanitas cito
perveniet. Quod si virtus debilis fuerit. egro timendum
erit ne moriatur. Et si cum hoc urina tarde per-
venit ad claritatem. et permanet diu ita quod nichil
claritatis in ea videtur. aut apparet in ea ex cla-
ritate aliquid sed est modicum. mortem significat.
Si autem in huiusmodi urina semel apparet ma-
turitatis. si postea iterum cruditatis signa procedit.
et acciderit hoc multotiens. et videntur febris per-
misceri. secundum febris materiam ex multis
constare humoribus. Est itaque tunc considerandum
quod egri sanitas sit futura secundum ipsius virtutis fortitu-
dinem. Hec igitur sunt summe et aggregationes eius
quod ratio est secundum ordinem de rebus ad urinam pertinentibus
secundum febres. Adhuc tamen de ipsis significationibus
alia scribemus non tamen secundum ordinem. sed secundum conti-
nuationem. Urina secunda que est panni pulcra. et
cuius color est ut color musti. aut aque ciceris est multum

Commentum

coquitur. est humiditatem aptam antiquam et non acutam in mulieribus. Vrina seri aut albe ceruisie similis significat saniem in ea existere et egritudinem in aliquo ex foraminibus urine. Vrina que aque que a carne recente fluit cum lauatur similis inuenitur, puri sanguinis urine ammixtum fore significat. Spiritus quoque debilitatem quandoque portendit. Cum eger purum minxerit sanguinem, significat quod aliqua ex uenis que sunt in renibus sit fissa. Cum in urina fuerit arena apparueritque cum hoc turbata, si huiusmodi fuerit prius euenerit in renibus dolor, lapidem in renibus significat. Si autem in urina prius apparuit arena et postea remota urina ualde clara uisa fuerit, lapis in uesica iam generatus est. Vrina turbida que urine asini similatur dolorem capitis et intellectus significat perturbationem. Cum post febris remotionem urina remanserit tincta, erit ignitum apostema. Vrina secundum colorem aut odorem aut substantiam fetida quandoque sequitur post calida interiorum apostemata. Vnde et eger ex ea alleuiatur et ipsius dispositio melioratur et sue salutis causa existit. Vrina secundum substantiam oleo similis aut in cuius superficie apparet pinguedo ut oleum erit cum ethica. Vrina in cuius superficie pinguedinis multitudo oleo similis apparet significat quod renum adeps liquefit. Si urina tenuis et alba in febre acuta apparuerit et in huiusmodi dispositione multis perseuerauerit diebus, amentiam egro superuenturam significabit. Que si cum desipientia talis diu apparuerit mortem annuntiabit futuram. Hec postea urina quandoque in febre apparet acuta cum in membro aliquo calidum fuerit apostema. Cum urina conualescentis non cito ad dispositionem quam habebat cum esset incolumis redibit, timendum est ne egritudo redeat. Vrina lacti aut spume similis si prima fuerit paralisim et appoplexiam demonstrat futuram. Si autem in his egritudinibus multa apparuerit ipsarum portendit solutionem. Vrina in qua sanguinis coagulati frusta apparent in febribus adurentibus uisa est mala. Vrina lacti acetoso similis in febre apparens acuta aut uelocem portendit mortem, quod est cum calor febris non quiescat et leuis fit, aut quando fit leuior egrum ad ethicam peruenire significat. Vrina cuius color semper unus apparet nec mutatur in febribus urine significat difficultatem. Ex rebus autem que in urina multotiens inueniuntur ex sedimentibus et eorum similibus una est hypostasis in qua claritas et mediositas ac pulchritudo apparuerit, cuius similitudo est ut eius que in aqua pullis aque rosate natat. Cumque tamen ipsius mediositatis maior est. adeo uidelicet ut ex frustulis glaciei cum unum alii coniungitur compacta uideatur. In hac autem hypostasi colore qualiscumque fuerit uidentur mediositatis et puritatis et lenitatis et claritatis que in alia non inueniuntur. Cumque mouetur tota cum urina miscetur atque cum urina non turbatur et ipsa non uelociter descendit in fundum et plerumque non descendit et est superfluitas existentis in uenis quam ante nominauimus. Secunda uero est humor turbidus et si color eius est albus in quo nil mediositatis inuenitur et est sepe liquefactioni similis. Tertia autem est sanies que quandoque est diuulsa ex qua cum mouetur urina turbatur quia sursum eleuantur frustula et deinde descendunt in fundum. Cum qua in exitu urine ardor sentitur et est cum ea quandoque odor malus et fetidus. Quarta quoque est arenosa cuius sunt due species. Quarum una limature auri similatur licet sit minutior quam ex renibus egreditur. Alia uero est in qua nulla in ea inuenitur glauedo si eius color est ut color sit et quandoque est etiam ut color luti que a uesica egreditur. Quinta uero pilis assimulatur et ipsa est ex genere eorum que pili non penitus albis similia sunt cuius longitudo usque ad palmi mensuram augmentari inuenitur. Que cum arenis egrediatur nullum aliud portendit malum nisi humores quosdam in corpore habundare cum medicamina conferunt diuretica. Sexta equidem est in qua frustulorum carnis similitudines apparent que ex renibus egrediuntur sicut hic color in renibus fuerit. Si cum febre fuerit adurente, significat febrem corporis magnum passurum nocumentum. Cum ethica uero si fuerit, solidorum significat liquefactionem et dolorem ad interiorum carnem iam peruenisse. Septima quoque est que lentum extendentium frustulis assimulatur, caloris superfluitatem in quo significans. Octaua autem furfuri assimulatur que sepe propter uesice egritudinem contingit. Cum hac autem si sic fuerit sentitur ardor diu perseuerans, in apparebit in ea color extraneus et ualde remota est a maturitate. Cumque non contingat peruenias quod qui sic fuerit erit cum febre adurente forti cum in color a maturitate per ualde remotus mortem portendit sic ostendimus.

de egestione.

Egestio alius melior est que mollis et continua uidetur cuius tinctura equalitate fit non tamen multum et quam in hora egreditur soluta. Egestio autem ualde tincta et quam mordicat et exurit anum significat colere rubee dominium. Siccata quoque prima significat humiditatem et multum colorem. Que autem non mouetur equalis.

Vrina

digestiuam nō perfecte albo fuisse dominatam significat. Stercus quoque quod multum fetet. digestiuā debilē fore portendit. Si vnde autem stercus putrefactionem in corpore significat. Stercus quoque cum quo multa egreditur uentositas caloris et humoris inuiuit eminentiam. Stercus autem quod est siccum sicut lutum. malum est et mortale. Stercus quoque preuatum tinctura. significat ex poro fellis nichil ad intestina transmitti. Et stercus unctuosum. membrorum liquefactionem significat et ethicam. Quod autem assumptorum quantitatem excedit. corpus debilitari et macrescere significat. Stercus autem quod est in quantitate multum. et diuersos inse retinet colores. malos in corpore significat humores. Quod autem spumosum est et uiscosum. malum est utroque. Vnum namque est propter uictoriam caloris. et aliud ex liquefactione corporis. Multa uentositas inferius egrediens cum alibi non fuit inflatiuus. debilitatem innuit digestiue. Quod si nullo modo egreditur uentositas. caloris paruitatem et fumitatis significat superfluitatem. Si uero cum hoc affuit sitis aut siccitas. humorem ad inferiora corporis penetrasse demonstrant. Cum ea que comedunt ut prius fuerant non mutata egrediuntur. frigiditatis superfluitas portendit. Et facultas expulsionis uentositatis. et paucitas expulsionis eius cum impedimento. instrumentorum nutricationis debilitatem ostendit.

De pulsu.

Oportet ut qui in pulsibus sciam instruere se desiderat. et eius uult significationes agnoscere. sepe dum aliquis sanus est arteriam tangat. et firmius et cum summo studio inspiciat. ideo scilicet ut ipsi firma anime firmius imprimatur. quantitatis eius necessarium fuit. inter eas proportionem inuenire sciat. phisici quoque uniuscuiusque pulsus modum. proprio appellant nomine. eiusque causas ostendunt et significationes. Ego autem ex hoc meo huius libri intentioni simile inueniatur et conueniens. ostendam sicut uolui. Cum pulsus in brachiu longitudine tactu manifestior occurrit quam in tempore sanitatis. a phisicis longus uocatur pulsus. Cumque secundum latitudinem maiorem digitorum tangentium quantitatem comprehendit. latus ab eis nominatur. Cum autem digiti tangentis carnem impulerit. et secundum magnam quantitatem in ipsum penetrauerit. dicitur ab eis altus. Si autem secundum hoc minor apparuerit quam consueuit. uocatur depressus. Cum uero in longitudine et latitudine atque altitudine

augmentatur magis quam consueuit. uocatur magnus. Si autem in hiis omnibus fuerit minoratus. dicitur paruus. Cumque spacium temporis quod inter duas attendit motiones minus solito inuenitur. uelox appellatur. Et cum digitum uehementi et uirtuosa impulsione percusserit. et cum stringitur eius non destruitur motus. fortis uocatur. Cum uero huic fuerit contrarius. dicitur debilis. Cumque fuerit illud quod ex corpore arterie tangendo digito occurrit. simile ei quod ex hac genere aere est impletum. et fuerit plenum sed contractum et non extensum. non uocatur plenus sed uacuus. et dicitur secundum quod hec forma meo uisa fuit. Cum autem illud quod digito ex ipso percutiendo occurrit simile fuerit filo et corde extense cum ipsum percutit. uocatur durus. Si autem illud quod occurrit ex eo est siccum quod occurrit exilis. sed non ualde exilit tensum. uocatur ab eis laxus. Cumque unaquaque harum percussionum sibi compari in magnitudine et fortitudine et uelocitate. et malus quales preter ista simul inuenitur. dicitur equalis. Et cum ita non fuerit. uocatur diuersus. Hec uero diuersitas quandoque in una inuenitur percussione. quod est ut inter principium unius percussionis et eius finem dissimilitudo percipiatur unius digiti tactu. aut duorum aut plurium. Medici quoque huius diuersitatis multis notificant speciem nominibus quas inferius dicemus locis. Cum enim secundum notum eueniunt circuli. et in ab eo se remouerit. ubi gradus. ut cum post tres equales percussiones una diuersa inuenitur aut inter omnes quatuor aut inter omnes .v. aut cum inter quaslibet equales due notantur percussiones diuerse. que deinde circulantur secundum hoc exemplum inueniuntur. pulsus nominatur ordinatus. Si uero diuersitas secundum notum non inuenitur circulum. uocatur inordinatus. Arterie quoque motio que fit ab interioribus corporis ad exteriora. uocatur diastoles. Motus autem hic quem omnes homines tactu sentiunt arterie motus. et eius percussio que percutit manum existit. Medicorum tamen multi aliquid plus isto perceperunt. Et motio arterie que fit ab exterioribus ad interiora. uocatur sistoles. De hac uero motione inter medicos diuersitas reperitur. Sunt enim quidam qui eam sentiri dicunt. et sunt alii qui non. nobis tamen de hoc loqui in hoc loco non conuenit. Si quis igitur discipulus in hac arte ad ultimum finem huius intentionis licet peruenire non cupiat. sciat tamen debere quod sistoles non sentitur. et quod pulsus habet tempus motionis. quod est ex quo motio arterie sensui apparet donec quiescit et occultetur. et quod pulsus habet tempus quietis. quod est ex quo motio illa

unde si in acuta febre precedente pulsu multum veloci frequenti magno nulla facta determinatione subito appareat varius sine alleviatione pacientis mortem significat. Medius inter hos ordinatus est secundum concordiam in qua mensuratur proportio temporis ad tempus vel contrariarum (?) extrinsecus temporis. pulsus incidens et decidens. Incidens consistit secundum collationem morarum ad moras, aptitudinum ad aptitudines, fortium ad debiles hoc modo. Si pulsus continuat .x. percussiones fortes et quatuor deinde debiles et iterum succedant .10. fortes et .4. debiles et postea .20. fortes et .12. debiles et sic procedat multiplicando fortes percussiones quousque debiles penitus non appareant signat confortationem virtutis et convalescentiam plenariam et talium similium. Et dicitur incidens quasi in noticiam nostram cadens. Decidens sit contrario. Si pulsus continuat .x. percussiones fortes et sequuntur .xi. debiles post tres fortes et quatuor debiles postea sequuntur sex fortes et .4. debilibus paulatim multiplicatis debilibus fortes percussiones evanescunt tunc est mortis signum. Et propter incidentem et decidentem hora convalescentie et mortis pronosticari. Computata quippe hora aliqua et scito quot percussiones defecerunt inter unam desinentem et aliam quot alia die eadem hora deficiant. Et per hoc sic recturando (?) et procedendo invenies tempus totale defectionis et mortis et eodem modo e contrario per contrarium determinabitur bona pronosticatio per pulsum incidentem. Verbi gratia: Si modo tangens pulsum hora tertia invenisti pulsum fortes percussiones .30. postea eadem hora die altera invenisti tantum .xx. et sic .14. amisisti unum (?) tantum (?) sic in aliis horis proportionaliter consimiles quasi proportione computata pronosticabis diem mortis per decidentem vel convalescentie per incidentem.

occultetur. donec iterum se manifestare incipiat. Inter autem unum istorum duorum temporum et aliud invenitur proportio propria in unaquaque etate. Compositio enim istorum duorum temporum in etate puerili non similatur compositioni eorum reperte in etate adolescentie, neque iuventutis, neque senectutis, neque senii. Hec autem compositio pondus vocatur. Quare cum pulsus in aliqua etate propriam compositionem ipsi etati servaverit, dicetur pulsus pondus habens. et dicetur boni et iusti ponderis. et nominibus horum similibus appellabitur. Et cum hec non servaverit, sed ad pondus alterius etatis progressus fuerit, sicut dum est in etate puerili ad pondus quod iuventutis est proprium mutatus fuerit, dicetur pulsus diversi ponderis. Quod si ad pondus senectutis aut senii mutatus fuerit, dicetur mali ponderis. et vocabitur non ponderatus. et nominibus horum similibus nominabitur. Et quia corporis locus in quo est arteria quandoque sensu percipitur aliis locis calidior, ideo quidam medici presententia tenuerunt quod hec una sit ex speciebus pulsus. **De speciebus pulsuum que sunt .x.**

Antiqui greci pulsus compositis nominibus propriis nominaverunt. Ex quibus est pulsus gazelans. Et iste quidem est pulsus qui sentitur cum arteria semel atque iterum percutit digitum, ita tamen quod non sentitur interius redisse neque sistolem fecisse neque quievisse, in quo et secunda percussio prima maior invenitur. Bis pulsans vero pulsus est cum arteria percutiendo occurrit digito et non sentitur quies que sistoles dici debent, sed sensu percipitur alia percussio que prima debilior existit. Pulsus quoque divise percussionis indicatur cum diastoles principium debile invenitur et eius finis fortis aut econtrario. Quod est ut eius principium suo fine sit maius et velocius. Pulsus quoque qui talis est divisus in una forti percussione dicitur. Pulsus vero qui cauda vocatur sorice (?) duarum existit specierum. Quarum una est ut una percussio aliquantulum sit maior, et alia que ipsum sequitur minor, et alia iterum minor, et alia iterum minor, et procedat ordo sic donec ad unam ex tribus perveniat rebus, scilicet quod in aliqua stet percussione et non tendat ad minorem ea, aut non quiescat quin minuatur donec occultetur et nullo modo sensu percipiatur, aut cum ad aliquam parvitatis pervenerit mensuram redire incipiat et augeri. Cumque augeri et redire cepit, aut ad primam suam redibit mensuram, aut ad minorem ea. Primi autem modi vocantur cauda permanens. Et secundus cauda minuens. Et tertius cauda rediens. Ille quoque qui ad primam suam redit mensuram cauda reversionis complete vocatur. Et secundus cauda reditionis diminute. Est et alia eius species cum diminutionis similitudine in arterie longitudine pulsus repente contingit, ex qua in uno loco subito aliqua sentitur magnitudo, qua alia que ipsum sequitur parva minor invenitur. Cum tractus non subito absciditur, sed tamen non quiescat quin secundum proportionem paulatim minuatur donec occultetur. Hec autem quandoque contingit a duobus lateribus et vocatur tunc pulsus caudatus, et quandoque fit ab una parte et vocatur ad unam partem inclinatus. Qui et pulsus in una percussione divisus dicitur. Formicans vero est pulsus cum intemperies que inter duas existit percussiones talis secundum multitudinem invenitur diversitatis ut aliquis putet inter eas percussionem intervenisse, cum non tamen intervenerit. Huic vero augmentativus contrarius invenitur. Permanens autem pulsus subtilis est et continuus qui in tanta semper perseveranti dispositione fere numquam removetur ab ea. Undosus vero est qui secundum latitudinem magnum digiti occupat locum cum lenitate et repletione. Cum eo tamen non est magna elevatio neque subita. Sed videtur quod elevationis eius una pars aliam contingit, donec fit ut undis assimiletur quarum una aliam sequitur. Ex eius parte est vermiculosus, cuius forma est ut forma undosi in elevatione que secundum diastolem eadem invenitur, non tamen est latus neque plenus, cum in infirmitate debilis existit, qui vermibus per formam arterie discurrentibus assimilatur. Formicans vero pulsus adeo invenitur in ultimo parvitatis et spissitudinis consistere ut pulsui pueri nuper nati assimiletur. Pulsus autem qui serre similatur et serratilis dicitur diversus est. In eius percussione et elevatione invenitur diversitas ex qua quasi percutit aliquid ex digitis cum ab aliquo descendit. Tremulus autem pulsus dicitur cum in arteria tremoris similitudo sentitur. Contortus vero dicitur cum arteria sentitur ut linea que contorqueri et involvi incipit. Preterea dicimus quod pulsus virorum plerumque invenitur maior et fortior et tardior et rarior pulsu mulierum. Superfluitas tamen magnitudinis et fortitudinis ipsius maxima est et multum manifesta. Tarditatis autem superfluitas parva est. Raritatis vero multa superfluitas reperitur. Infantium autem qui lac sugunt pulsus in ultimo spissitudinis et velocitatis et parvitatis inveniuntur.

i. cum in percutit digitum in alio sentitur quies et tunc iterum in alio sentitur percussio.

Notandum quod diversitas motus per aliquos dicitur equalis et inequalis. Cuius ratio est quia motus in confortate nec mutatur de forti in debilem nec e contrario nec de veloci in tardum nec e contrario et de aliis. Omnis autem bonitas in bono bona est et in malo mala est et cetera. Deinde notandum quod diversitas motus penes pondus et concordiam sic hoc est pulsus ordinatus et inordinatus. Ordinatus et qui videtur precedit huius pondus laudabile per se inter (?) ... Inordinatus qui precedit non (?) huius pondus illaudabile contrarium precedens per se non servans particularibus nec unus alteri concordat. Huius .x. sunt species pulsuum. Primus est cauda sortina finita. Et tunc incipit ab aptis et quasi fortibus mocdibus (?) et transit in debiles ita quod prorsus non sentitur et pronosticat mortem. Secundus est cauda retornata qui per contrarium ab insensibilibus motibus incipiens procedit ad maiores et de occultis ad aptas et de aptis ad manifestas. Et significat confortationem et salutis reversionem. Tertius caprizans qui incipit a velocitate et cum digitorum percussiones eadem videtur et quasi caprea saltat habet quasi antequam ad terram regrediatur duas dilatationes primam minorem secundam maiorem. Et significat aggravationem et ab ea cum tribulante et significat idem quod martellinus. Quartus est martellinus qui est contrarius caprizanti qui habet duas dilatationes primam maiorem secundam minorem et assimilatur percussioni mallei super incudem. Et significat siccitatem cordis, presumptionem mentis, discordiam et superbiam exhilirantiam spirituum. Preter naturam desiccant incensionem humorum cordis et desiccationem ut in acutis contingit. Quintus est ramosus qui tendit a dextra in sinistram et apparet unum digitorum velox, alium tardus, unum fortis, alium debilis, unum apertus, alium occultus. Significat incontinentiam cordis et mobilitatem et preter naturam significat humorum victoriam. In acutis febribus victoriam nature et convalescentiam et finem morbi declarat. Sextus est fluctuans vel procellosus quando arteria movetur sub uno digito sursum ab alio deorsum sub uno ante sub alio vero retro. Et significat subitum motum cordis, inconstantiam mentis, motum similis

cum punctura significat continuam. Si sine punctura significat interpollatam. Frigidus est contrarius. Et ex contraria causa. Et significat extinctionem caloris naturalis et annullationem spiritus et mortis vicinitatem. Medius autem ab hiis duobus temperatus est. quietis secundum quod dicitur varius. sistolis et medius. Septimus exopoc. Capillus est qui sua dilatatione digitorum extremitates sepe percutit et subito recedit. Et est ex fortitudine caloris querentis refrigerium et defectu virtutis volentis supplere defectum per brevitatem vel tenuitatem percussionis. Et iste etiam dicitur pulsus frequens ut quando mora quietis interpollata est inter unam diastolem et aliam. Et significat fortitudinem et vehementiam caloris cum nature debilitatione et afflictione virtutis. Contrarius est rarus. Et significat debilitatem nature et virtutem sed in febricitante significat maximum virtutis operantis impedimentum. extinctionem caloris naturalis ex superhabundantia humiditatis et annullatione spiritus. Si in acuta precedente

l'forti

sanguinis exuberantis in corpore et totum corpus infusum humoribus ut in [illegible] et ana[...]
Septimus est spasmosus sive pulsus qui ad modum corde tenditur. Et fit in [illegible]
ad tenuationem cordis et in [illegible] humori naturali et propter spasmum. Et aliquotiens fit debilitatem
virtutis motive ut repleatur exremunare [illegible] ut vermis motus et habet manifestam in equali-
Octavus est vermiculosus qui sentitur sub digitis tatem. Et aliquando venit ad melius.
Nonus est formicans qui non habet illam notitiam in latitudine sed repit ut formica.
Et fit motus in acutis et peracutis
et illam [illegible] si sit sine febre e-
morroydarum ut [illegible] aut ex fluxu
ventris aut ex causa alia simili.
Decimus est serrinus et dicitur a serra quia
dentibus serre assimilatur. Nam in primo digito
servitur debilis in secundo quia deficiens in
tertio quod non sentitur et fit mortem.

Variatur autem pulsus [illegible] ex causis.
Primo propter sexus diversitatem. In masculis enim est fortior quia sunt nature calidiores. In feminis autem est debilior quia [illegible] nam sepe pariendo nititur eam supplere debilitatem [illegible] facit.
Secundo propter complexiones corporis pulsum fortiorem, maiorem et velociorem facit et parvum et debilem et tardum. Unde pulsus longus et latus fit quod secundum dimensiones excedit in vasis. Longus est ex calore habundante, latus ex humiditate. Pulsus longus et gracilis fit colera habundante, longus ex calore, gracilis ex siccitate. Pulsus curtus et gracilis fit [illegible]. Pulsus curtus et latus fit flammatis: curtus ex frigiditate, latus ex humiditate.
Tertio propter corporis dispositionem. In macilentis est pulsus fortior et vivacior propter corporis complexionem calidam [illegible] calorem. In pinguibus est minus fortis propter corporis [illegible] et arterie propter molem carnis occultationem. In pueris [illegible].
Quarto propter etatis diversitatem. Velox propter [illegible] caloris refrigerationem [illegible] virtutis [illegible] debilitatem.

In iuventute est fortis velox propter habundantem virtutem. In senibus est tardus et parvus debilis et rarus propter complexionem frigidam. Alie autem etates sunt [illegible] ad istas habent pulsus diversos.
Quinto propter mutationem temporis. Ver facit pulsum fortem propter temperamentum eius et [illegible] estas facit debilem et parvum propter excessum caloris poros dilatantis. Autumpnus facit fortem propter sui temperamentum. Hyemps facit tardum quia non [illegible] refrigeratur et fortem quia calor tunc ad interiora ingreditur aere durante.
Sexto propter regionem. Calida regio habet pulsum similem estati. Frigida hyemi. Temperata veri et autumpno. Et eodem modo aer calidus frigidus siccus et humidus pulsum immutat [illegible].
Septimo propter impregnationem. Nam a [illegible] usque ad sextum mensem in pregnante habet pulsum fortem spissum et velocem quia fetus non sumit multum cibum et sic fit calor in matre. In sexto mense quia fetus augmentatur et magis requirit nutrimentum, [illegible] debilitatur et per consequens pulsus.
Octavo propter somnum et vigilias. In somno parvus est et tardus quia calor ad interiora retrahitur. Post somnum fit fortis et magnus quia calor est confortatus. Si autem aliquis a somno subito excitetur, erit pulsus velox spissus [illegible] et inordinatus quousque cessat et tunc redit temperatus.
Nono propter corporis exercitium. Nam exercitium temperatum facit pulsum fortem, magnum, velocem et spissum propter caloris excitationem. Intemperatum autem facit pulsum parvum, durum et tardum et rarum, quia tali labore deficit calor [illegible].
Decimo propter balneorum assuefactionem. Balneantes in aqua calida habent pulsum fortem, magnum, dissolutum et spissum propter [illegible] confortationem et [illegible] humidam consumptionem. Si autem nimis in aqua manserint pulsus efficitur debilis sed manet velocitas et spissitudo. Balneantes in aqua frigida habent pulsum fortem et velocem propter calorem [illegible] adunationem et virtutis confortationem. Nimia autem mora debilitat pulsum propter [illegible] tam in macilentis quam carnosis.
Undecimo propter ciborum et potuum variam sumptionem. Nam cibus superfluus et indigestus [illegible] pulsum debilitat. Cibus moderatus digestus pulsum augmentat quia per membra diffusus virtutem excitat. Potus moderatus et digestus pulsum facit magnum, fortem et velocem. Potus calidus pulsum facit velocem et spissum. Potus frigidus facit pulsum [illegible] et tardum.
Duodecimo propter passiones anime varias [illegible]. Nam ira facit pulsum velocem, fortem et spissum. Leticia facit pulsum [illegible]. Timor facit pulsum velocem et inordinatum et [illegible] mente. Et similiter dolor. Et hec de pulsibus dicta sufficiant.

puerorum vero et adholescentium pulsus maior est pulsu infantium. Iuvenum vero pulsus eo fortior omnium est etatum pulsu invenitur, et precipue eorum pulsus qui in fine existunt iuventutis. Senum vero pulsus tardior est pulsu iuvenum et debilior et parvus minor. Eorum autem qui sunt in senio ultimo pulsus multum debilitatis et mutationis ac parvitatis et tarditatis existunt. Pulsus quoque calidam habentium complexionem maior et velocior et frequentior est pulsu complexionem habentium frigidam. In fortitudine vero forsan superfluit ei et forsan adeo minuitur. Pulsus preterea corpus crossum habentium macrorum pulsu minor existit. Sed si crossities fuit carnositatis, pulsus erit velocior et fortior. Si vero ex adipe fuit, erit ideo minor. Pulsus preterea complexionem habentium humidam lenior est et magis humidorum latus. Pulsus quoque qui in medietate veris existit maior et fortior est quam in omnibus aliis temporibus. In medietate vero estatis est velocior et spissior quam in omnibus aliis temporibus, et preter hoc est parvus et debilis. In autumpno autem minuitur eius velocitas et spissitudo, adeo quod erit mediocris, et non augmentatur eius fortitudo. In hyeme quoque existit pulsus multum parvitatis et tarditatis et mutationis, non tamen est debilis. Sed in corpore extremitatibus invenitur oportet ex eis quod in tertio existunt tempore. Pregnantis inter pulsus maior et spissior est quam eiusdem cum non est pregnans. De somno surgentium pulsus illico cum surgunt magnus est et fortis et spissus ac tremulus, qui tamen cito post hec ad suam redit dispositionem. Ex motu preterea ex qua aliquis non lassatur magnitudinem et velocitatem ac spissitudinem pulsus augmentat secundum sui velocitatem et fortitudinem. Que si parvi sit temporis quod exea accidit admodum cito quiescat. Si vero fuit longi temporis, tarde quiescat. Ex motione autem per quam aliquis ad ultimum lassitudinis pervenit et laboris, fit pulsus parvus et debilis et spissus secundum ipsius quantitatem. Balneum quoque magnitudini pulsus atque eius lenitati et velocitati et spissitudini augmentum prebet. In quo si quis moram fecerit, fiet parvus et debilis, eius tamen velocitas remanet. Cibus inde ex quo aliquid sumitur quod nullum affert nocumentum in estuationem pulsus fortitudinem vehementer auget et ipsi spissitudinem ac magnitudinem, quod tamen per longum contingit tempus, non enim illico cum sumptum fuerit [illegible] opitur. Ille vero ex quo ad nocumentum

pervenit et estuationem propter multitudinem suam pulsum fiat diversum, variumque similiter pulsum in fortitudine et velocitate et spissitudine augmentatur. Hoc tamen augmentum citius pervenit secundum tempus quam eius fit probum, et citius et adeo removetur. Ex medicinis preterea et medicaminis que calefaciunt aut infrigidant minuitur pulsus. Que enim ex eis calida existunt secundum sue caliditatis quantitatem pulsum in velocitate et sui spissitudine ac magnitudine augmentant, et econtrario. Ira quoque pulsum efficit elevatum et fortem et velocem et spissum. [illegible] autem timor pulsum fiat diversum et velocem et tremulum. Tristitia vero pulsum debilem et tardum et rarum reddit. Gaudium vero pulsum efficit tardum et rarum cum magnitudine et lenitudine et plenitudine. Diximus quod pulsus longus augmentum caloris aut caloris sequitur diminutionem. Et latus comitatur humiditatis augmentum. Elevatur quoque caloris et fortitudinis sequitur augmentum. Et pulsus magnus velox et spissus caloris augmentum sequitur. Et si huius caloris causa fuerit aliquid quod accidat ut motus et balneum et ira et his similia, pulsus cito ad suam redibit dispositionem. Sed si eius causa fuerit mansiva et firma, permanebit dum causa perseveraverit. Parvitas autem et [illegible] et tarditas res sequuntur infrigidantes. Pulsus preterea fortis virtutis bonitatem sequitur aut cum nociva quiete. Et debilis invenitur cum virtus dissolvitur aut cum magnum in corpore habet nocumentum. Diversus quoque erit cum natura rem expugnat nocivam. Et erit diversitas multa aut pauca secundum nocumenti quantitatem. Cumque natura et nociva fortior extiterit, numerus percussionum fortium et magnarum erit maior secundum hoc, et econtrario. Inter pulsus tamen diversos ordinatus melior est non ordinato, et precipue si numerus percussionum fortium et magnarum secundum hoc maior fuerit. Pulsus autem plenus sanguinis et vaporis humidi habundantiam in corpore significat. Vacuus vero huius minuit contrarium. Durus quoque corporis siccitatem et ariditatem portendit. Si mollis, huius demonstrat contrarium. Pulsus inter quos extra pondus invenitur adeo quod sunt facta mutatione que contingit secundum etatum naturam, in quibus illud pondus proprie invenitur, adeo quod facta sit mutatio significant. Quapropter si pulsus mutatus fuerit ad pondus quod cuius est longinqua adeo magnam demonstrat mutationem, et econtrario. Cum si mutatio facta fuit ad pondus quod est ei vicinum, parvam significat mutationem. In materia cum tangit si calor superfluus et in

manifestum maior quam malus sentitur locus qui circumstant. coloris complexionem iam calefactam fore significant. quod in habitibus complexionem ethicam aut ptisim contingit. et fortissimis portendit sincopim. pulsus autem qui dicitur bis pulsans invenitur cum febrilis calor est super habitantis. et cum multa necessitas incumbit pulsui. et magnitudinis attractione. et hoc est cum calor innatus in ultimo inflammatur. et virtus cum hoc est sana. et precipue si percussio maior fuerit. pulsus quoque diastoles et sistole divisa reperitur. fit propter pugnam nature. Et si finis diastoles fuerit fortior quam eius principium et maior, erit melius et econtrario. Sed si finis diastoles fuerit velocior, superfluum putrefactionis significabit calorem. pulsus autem qui continue minuitur et debilitatur, quem caudam vocaverunt so-nana. fit cum virtus incipit debilitari et cadit. ideoque eius malitia erit secundum debilitatem et pravitatem. Cum si ad fortitudinem reversus fuerit et magnitudinem, virtutem iam redisse significabit. Et si secundum unam remansit minimum et inde non ad magnitudinem pulsationis redierit, non ab eo in quo steterit aliquo modo fuerit diminutus, quodam modo erit melior eo qui minuitur usque quo occultetur et non appareat sensui. Iste enim naturam superatam fore et succubuisse demonstrat. pulsus autem curvus et in unam partem declinat. in habitibus ethicam et ptisim invenitur. Sed formicans virtutis significat casum. unde cum necessitas vehementia multa aeris indiget attrahere. Ad decem quasi fortitudinem cum necessitatis vel vehementia significat. Et tamen invenitur propinquam ethicam et ptisis confirmatam est. Undosus autem invenitur cum aliquis balneatur aut bibit vinum. aut contingit ex omnibus que corpus humectant. pauca quoque in eis sentitur in ydropisi et subet et pleuresi et peripleumonia et asmate et pulsu et apoplexia. In febribus autem significat sudorem. Vermiculosus vero pulsus fit cum fortitudo succubuit sed non omnino. Sed formicans invenitur cum virtus omnino cadit et mors est propinqua. pulsus quoque qui serre assimulatur et serratilis dicitur. est qui fit cum magnum apostema in corpore. et precipue si in membro fuerit nobili et nervoso. sicut est dispositio pleuresis que fit in latere et in diafragmate. Tremulus vero ultimam significat caliditatem. et quia unitur humoribus fit honerum. aut quia apostema sit ibi aut oppilatio que diastolem prohibeant. Tercium autem invenitur pulsus apud pugnam virtutis et sive sanitatis advenit sive egritudinem in ultimo magnitudinis quam cordi et suis partibus vicina existit.

De regimine acutarum egritudinum.

(C)um in principio huius egritudinum tempus manifesta et fortis appareant. fluentes humores pessimi quod evacuandum fortitudinem cognoscere. succurrendum erit ante quam virtus cadat. egrum evacuando cum flobotomia aut ventris solutione. deinde ei nutrimento secundum status vicinitatem aut longitudinem erit ministrandum. et secundum egri fortitudinem. ac secundum quod integre sue salutis fuimus patiens erit aut non. Status est si fuerit vicinus. et eger fortis. ex aqua ordei erit medicamina. Sed si status fuerit remotus et eger debilior. aliquid modicum erit secundum hoc nutrimento addendum. Nutrimenti quoque hora que sit convenientis est eligenda. secundum egri alleviationem. et usum quem in tempore sanitatis habebat. et secundum febris accessionem si est interpolata. Si vero interpolata non est. hora diei frigidior et magis temperata sicut diximus est eligenda. Cumque crisis signa visa fuerint et status appropinquaverit. eger a nutrimento est abstinendus. et dieta ad ultimum tenuitatis est ducendus usque quo fiat crisis. aut propinqua facta fuerit. post crisim vero si perfecta fuerit. ex regimine convalescentis erit gubernandus. Et si non perfecta est insistendum regimini donec sanitas compleatur si voluerit deus.

De regimine convalescentium.

(Q)ui ex morbis contingit acutis. custodiendus est ne ad nutrimenta redeat quibus sani reguntur. sed ex eis quibus regebatur in egritudine. moderetur. aut paulo fortioribus. deinde vero ordinatim et paulatim ad cibos perveniat sanorum. Initium tamen a balneo custodiatur. et labore. et vigiliis. et coitu. et vino. et caveat ne famem et sitim patiatur. et ne animalibus solliciter curis. et ne sub sole incedat. et in locis iaceat calefactis. et precipue si ex egritudinibus acutis consurgens absque crisi evasit. Ab omnibus predictis sepiret quod corpus calefaciat. Ille vero in quo vestigia que egritudinis significant reliquias remanserint. ut est calor superfluus qui in tactu sentitur. aut in anelitu spissitudo et sitis. aut capitis dolor. aut tinctura in urina. aut continentio que corpori accidit. et in ore sapor extraneus. et in sompno permixtio et alienatio et horum similia. precipue ad egrotorum regimen reducendus est. donec hec omnia signa consumantur. et corpus ipsi omnino sanitati restituatur. Convalescens quoque sibi cavere debet ne sitim aut famem patiatur. et ne semel cito repleat. Cum enim unum istorum ipsum dissolvit et calefacit. et aliud eius corrumpit complexionem.

Comedat autem multociens. parum tamen et paulatim. Ex aqua quoque frigida paulatim sumat. neque bibat ex ea semel in multa quantitate et precipue in tempore autumpni. Ex ea autem que non est frigida nullo modo bibat. Si autem ipsi appetitiva fortis fuerit et digestiva debilis et fatigata. non attendat in comestione quantum appetitive sed quantum digestive attinet. quod custodiat donec digestiva melioretur. et tunc quantum voluerint comedat. Preter hec quoque admonitiones et alia sunt quibus dum erunt sani uti consueverunt. ordinatim reducantur. Quod si ex malis accidentibus aliquid remanserit. veniens ipsi solvatur. aut minuatur. aut extinguentia ei tribuantur. Ex quibus omnibus illud erit eligendum quod medico videtur melius et egri dispositioni magis apparet conveniens. Hic quoque non est permittendus a cibis quibus utebatur dum esset sanus recedere. quamdiu hec accidentia in eo perseveraverint. Cum autem aliena convalescentis appetitiva opposita invenerit. sciendum est reliquias egritudinis in corpore remansisse quas expellere necesse est. et precipue si sapor oris fuerit corruptus. aut sitis sit multa. Si autem comedendi avidus fuerit. et ex comestione corpus non resumat vires. sed venter solutus fiat. ex quantitate nutricationis. et ex bibitione aque pro tempore aliquid est minuendum. et sirupus acetosus qui fit de suco citoniorum est dandus. et epithima cum ... super ponendum ex quo fortius fiat et confortet. Convalescens preterea sepius est a comestione nutrimentum grosse nature et dure digestibilius usque quo ipsi compleant vires. Interim vero nutriatur ex eis que cito digeruntur. Et si ei nutrimentum absque vino digeri non potest. vinum album aut clarificatum ei tribuatur. et a forti sibi caveat.

Sirupus acetosus de suco citoniorum. Recipe suci citoniorum acetosorum partem unam. et zuccari tabarzet partem unam. aceti quartam partis unius decime. hec omnia coquantur et diligenter dispumentur. et bibant ex hoc convalescentes quibus multa dominatur caliditas. et indigent eis que stomachum confortant. Ille vero in quo plurimum invenitur caliditatis dominium. si hoc indiguerit sirupo. per unaquaque libram ex eo sumat macis. gariofili. spice. ana ℥ i. que trita et in panno ligata. in sirupo dum coquitur ponantur. Et postquam omnes partes et capitula convenienter exposuimus. que in huius libri principio nominavimus. totum complevimus. Quapropter deo cui beneficio et auxilio hoc ad finem perduximus. gratie sint infinite.

Galienus. sanguis qui in corpore convalescentium invenitur est bonus. sed ipsius quantitas est pauca. Spiritus quoque vitalis et animalis similiter se habent. Si vero autem simplicia membra sicut sunt nervi et cetera eorum virtus est debilis. Et propter istorum debilitatem corpus frigidius est quam debet. Ideoque nutrimento convenientis et cito digestibilis eis est tribuenda. et ex motu temperato sunt regendi. et cibis et vinis et somnis cum temperamento sunt eis exibendi. oportet tamen ut cibus ex rebus huiusmodi sit que cito digeruntur et tamen sunt fidee. Tempore autem procedente ex cibis melioris nutricationis sunt regendi. Vinum quoque quod eis est melius. est quod inter vetus et novum medium existit. et quod est subtile et boni odoris.

Ypocras. corpora que in multo tempore extenuantur temperate reficere debent. Quod ideo est quia eorum humiditatis naturalis que multum adiuvat digestionem ex egritudinis longitudine valde fuit diminuta. Et corpora que in parvo tempore extenuata fuerint in brevi tempore ad suam sunt reducenda nutritionem. quod ideo contingit quia nichil fuit de eis diminutum nisi mali humores tantum. Ypocras. facilius est repleri potu quam cibo. hic est quia facilius potest convalescens repleri cibo molli quam duro. quod est melius est.

6.

+a. appetit quando appetenda non sunt

liber divisionis translatus a ma-
gistro Girardo cremonensi in
toleto de arabico in latinum.
Verba abubechri filii zacha-
Fuit iam fuit in rie arrazi.
presentia cuiusdam procerum nostrorum re-
memoratio divisionis egritu-
dinum et curationis earum. Et visum est ei ut
componerem librum de hac intentione cuius utili-
tas esset communis et multiplicaretur excusa-
tio omnium considerantium in ipso et iuventum eo et
propterea quia inveni in ipso iuvamentum maximum et
communitatem. Deum itaque posco accessionem
ad verificationem sermonis et operis et auxilium
secundum quod sibi placet et quod ei fit approximatio cum
ipse sit unus gubernator. Et nos quidem scripsimus
illud secundum capitula signata litteris sicut feci
in almansore que sunt centum et quinquaginta quatuor
Eorum capitula usque in fine libri. Primum de alopi-
tiis itaque est capitulum de alopitia que est casus pi-
lorum et tinea. Et fit propter flegma salsum adustum.
Et signa eius sunt ut sit huius cum albi colo-
ris delicati corporis cutis nitide mollis et fit
ex illis qui iam multum usi sunt cibis frigidis et hu-
midis et nunc cum eis aut accidit ei albedo
coloris cutis cum casu pilorum albo. Et eius cura-
tio est ut solvatur huius cum cum yera ruffini (?) que
... cuius dosis sit drachmarum iii aut sumat
coloquintide minoris ... z. i. et aloes et turbit
amborum ana z. i. et bdellii et zinziberis et masti-
cis omnium ana sextam z. i. fiat solo cum eo ali-
quotiens et evomat post repletionem stomaci cibi
cum sirupo acetoso et aqua calida postquam de-
coquitur in ea infusione sinapis et sicla et ane-
tum. Aut sumat aneti manipulum unum et bul-
liat in tribus libris aque donec dissolvatur anetum
et rubeat aqua et coletur aqua ex eo et ponatur in ea
libra z. i. mellis cum est calida et moveatur do-
nec dissolvatur et bibat ex ea cum est calida media
libra. Si ergo advenerit vomitus erit bonum.
Et si non bibat ex ea media libra alia. Et
si vomitus post hoc non evenerit sumat [illegible] et
thuris amborum ana z. i. et baurach z. iii dis-
solvantur omnia in media libra huius aque cum quarta z.
i. salis nigri et bibat. Et fit etiam ex sanguine
in quo multiplicata est colera citrina. Et signa eius
sunt citrinitas coloris et extenuatio corporis et
quod infirmus est assidue usus cibis calidis. Et cura
eius est comedere cibos calidos frigidos et balneum as-
sidua cum aqua dulci tepida absque longitu-
dine sessionis in ea et potare aquam cuius est sca-
monea. aut scamonee pondus quarte z. i. in sex-
tarius et quarta lactis acetosi. Et fit ex
colera nigra. Et signa eius sunt nigredo cor-
poris et extenuatio eius et siccitas ipsius et quod huius
cum plurimum est usus cibis qui generant melancoliam sicut len-
tibus et caulibus et carne salita et sale et plurimo
usus est labore. Et eius cura est ut principio sumat
decoctionem epithimi alkaciet (?) et de his pillulis quarum de-
scriptio. Recipe epithimi et polipodii amborum ana
z. x. agarici z. v. et coloquintide minoris z. ii et
salis naphtici z. i. et gariofili z. i. Infirmentur (?) pil-
lule quarum dosis sit z. ii et s. Significationes vero
que sunt per colorem cutis in his duabus speciebus sunt de-
biles et propter incolicam (?) quoniam in his duabus speciebus
hyretenina (?) perdit eas. Et omnis quidem species alo-
pitie indiget post purgationem et egestionem cor-
poris cum alio curatio [illegible] generanti [illegible]
eis quibus locus curetur. Et loci quidem curatio
duarum est specierum. Quarum una est lenitivum corporum le-
nia sicut infantes et eunuchi et mulieres et illi
quorum cutes sunt albe nude. Curentur ergo frica-
tione fricata cum panno aspero donec cutis rubeat
postquam pili abrasi fuerint. Et oportet ut cum
fricas eum consideres ipsum. Nam sicut dentis (?) cum
rubere fricatione prima tunc est facilis curationis.
Et si non rubet nisi post fricationem plurimam tunc
est difficilis sanationis. Et considera medicamina que po-
nis super caput. Et tunc si videris ipsum calefacti-
one plus quam oportet frange acuitatem eius et
permuta ipsum cum alio. Et curatio huius egritu-
dinis que incipiens et facilis est cum medicamine
debili. Et quanto que est cum medicamine forti. De-
inde fricentur cum corpore quod comedit. Aut cum ce-
pa nartisci (?) et liniatur desuper medicamine. Cuius de-
scriptio. Recipe cineris corticum avellanarum et amig-
dalas amaras adustas cum corticibus suis. Fran-
gantur in sartagine donec adurantur et terantur.
Deinde aggregentur cum oleo et liniatur cum eis. Et
alia est lenitivum corporum nigra aspere cutis for-
tium pilorum. Adque curandi misceatur cum istis
sicut quarta eorum sulphuris et sexta ipsorum gum-
mi [illegible]. Et in utrisque speciebus quando ulcerantur aut
tum utitur vino. et minorat extinctionem
sanguinis. et venit cum impetu vehementi.
Et quandoque offert in eo ut distillet in naso aqua
niuis. et quandoque fit capud porcinum et aceto in quo
dissolutum est flos eius et abscidit propter quam de eo
egreditur plurimum. et supervenit sincopis infirmo.
antequam illud non vero. Et estimo quod ille in quo hec cura
valet. est ex ruptura venarum non arteriarum. Ca
Plurimum quod pitulum. xlii. de ulceribus in naso.
in naso accidit ex ulceribus. sunt cortices. Et
offert eis mungere bothor. et assiduatio ce
re cum oleo rosato. aut olei rosati tantum. aut
olei amigdalini cum cera. et adipis gallinarum.
et ut odoret vaporem aque. Et si illud non
valet. tunc adhibeatur unguentum de cerusa.
Quandoque nascitur Capitulum. xliii. de fistulis in naso. · i. polipo
in naso caro mala. opilans loca anelitus. et im
plens cannam nasi. ita ut videatur in ipso esse
caro extranea. Et cura ei est. ut intromittatur li
cinium involutum in unguento viridi facto cum
flore eris tamdiu donec consumat eam. aut evel
latur cum filo si fuerit res ei crossa. Et est ut summa
tur filum de pilis. et fiant super ipsum nodi duo
aut tres. et intromittatur in nasum. cum medio de
plumbo perforato ad illud. et extrahatur ex
pilato. deinde moveatur motu serre modicum
donec evacuetur illa caro tota. deinde cum
unguento viridi curetur modicum. donec dila
tetur anelitus et consumat illa caro. deinde cu
retur cum unguento de cerusa. Et ex eis que offert
fistulis est ut summatur mirre rubee et aluminis.
ana. ʒ. i. et corticis collaquintide. ʒ. ß. et ana. et lu
minech rubei. ʒ. sextam. et infundat cotum in a
ceto forti. et involvat in medicamine. et intro
mittatur in nasum. aut summatur pinit(?) rufinen · i. herba de qua fit alcali
fullonum propter eis eius et imperium et artem pro ma.
Alcusem fit propter Capitulum. xliiii. de cascoy. · i. amissio odoris et opilatione
oppilationem in meatibus nasi. Et ei signum est
prohibitio anelitus. Et illud fit aut propter carnem

ortum · aut propter ventositatem crossam · Et nos quidem iam diximus curam eius ante · Signum vero ventositatis crosse est quod quando nares capiuntur egreditur ventositas ex eis impetuose · et iuvet ex late vino · Et cum ei est solo ventris cum eo chus et vericollaginados (?) et inclinatio capitis super vaporem camomille et sansuci et sceba et sternutatio cum castoreo et pipere et costo · et assiduatio odoriferorum sansuci et similium et cellariorum ·

Et fit ex opilatione colatorii · Et signum eius est quod meatus sunt opilati et non egrediuntur ex parte superfluitates · Et cura eius est ut teratur nigella donec fiat sicut pulvis et dissolvatur in oleo antiquo · et sternutet cum eo in fine mundificationis ex distillationibus ex eo factis ore eius pleno aqua · et precipiatur ei ut attrahat anhelitum valde cum iam reclinaverit caput suum ad posteriora quantum plus potuerit · faciat illud tribus diebus · Et si sensit adustionem sugat naribus post illud oleum rosatum · Et oportet ad illud ut naribus sugat pulpam colloquintide aut elleborum · aut fiat ei caputpurgium cum urina cameli singulariter et coniunctim · Et fit propter alterationem complexionis frigide et male in meatibus cerebri qui veniunt ad nasum · et est aliensem vero · Et aliensem cronicam et certam quam eo curationem non habet · Et signa antiquitatis eius sunt quod oculus cum ea conturbatur · et quod nunquam olfaciat de odoribus quicquam absque aliis · Sunt enim quidam eorum qui sentiunt fetorem et non sentiunt bonum odorem · et ex eis qui sentiunt bonum odorem et non sentiunt fetorem · Illud autem quod non est cum ea cum eo in antiqua · cum est cum eo solutio cum fortitudine · et assiduatio odoriferorum ... et que sunt ei similia · Et fiat caputpurgium ei qui non sentit fetorem cum ipsis · et cum castoreo illi qui non sentit bonum odorem · et cum sampsuco et similibus · Capitulum xlv · de fetore in naso ·

Fit ex fistulis aut ulceribus · Et fit quandoque ex vapore putrido in supremo opilato · Et cura eius est ut naribus sugat ... odoriferum · et sufflet in naso calamum aromaticum · et rosam nesrin · et ciperi · et spice nardi · singulariter aut coniuncti · Et ex eis quod offertur ad hoc mirabiliter est ut sumatur ex trociscis andarachi (?) ... quod ponitur in tiriaca · et dissolvatur ex eis ... cum vino boni odoris · et instilletur in naso multotiens quoniam sanat · Et oportet ut precedat existentia capitis et confortatio eius per quam evacuatur totum corpus et caput · Capitulum xlvi · de dolore dentium ·

Fit dolor in dentibus aut cum apertione gingive aut sine apertione gingive · Et ille qui fit cum apertione gingive fit propter acumen sanguinis et dolorem eius cum commixtione dentes · Et signa eius sunt rubedo et inflatio · et requies ab aqua frigida · Et cura eius est flebotomia cephalice · et ventosatio · et in naso ... h · et retentio aque frigide in ore · et aceti vino et aque rosate vino ore · Et quando illud perrexerit duobus diebus aut tribus · oportet ut teneat in ore oleum rosatum in quo iam dissolutum est ... masticis · Et si fuerit dolor dentium absque apertione gingive · tunc propter fit ex frigore et ex humoribus crossis frigidis · Et cum ei est ut teneat in ore eius tiriaca de quatuor · aut piper confectum cum alkitran · et teneat in ore suo acetum in quo decocta est pulpa colloquintide · aut decoquantur foliorum mirti manipulus unus · et corticum ligni pini manipulus unus · et sanguis draconis et simaach · et allia tria grana · et bulliant in aceto · et teneat in ore dum est calidum · aut bulliant in aceto cortices radicis capparis aut spolium serpentis · Quod si dolor fiat fortior · suffumigetur dens cum iusquiamo cum semine iusquiami nigri et storace · de quibus fiunt sicut similitudines avellanarum similes ciceri · et teneat in ore oleum calefactum in quo decocte sunt radices altee et camomilla · aut efficiatur confici costum cum vino et ponatur super dentem · quoniam est ultimum in removendo dolorem cum est a frigiditate · et vapores ... cum aqua calefacta in qua decocta est camomilla · Et stringatur dens ... calami multotiens donec calefiat et rubeat ... et impleatur mandibule · et instilletur in aurem illius lateris oleum amigdalinum tepidum · aut sambucinum · aut oleum ... aut oleum dolium (?) · aut oleum in quo decocta est cepa · aut in quo distemperatum est castoreum · aut euforbium · aut opium cum vehementia est doloris · et est timorosum · ... sedat vero est · Et si non · instilletur in aurem que est in illo latere quantitas lentis opii · et dimittatur ... Si autem non sedat · igniatur ferrum ... et intromittatur ... in concavitate fistule ... Quod si fuerit corrosus · impleatur in eo opium aut piper confectum cum ... aut hec medicina quam est ultimum · Recipe castoreum et asafetidam et storacem · et opium · et piper · et zinziber · et semen iusquiami · et teratur et conficiantur cum melle aut cedria · et admisceatur ... ut fiat cum eo ... dentis · et impleatur corrosura · Et melior cura corrosi est ... aut sumatur piperis partes · iii · et euforbii pars una · et impleatur cum eis · aut impleatur cum asa fetida et piretro partibus equalibus · Et dentes nigri curantur cum eis quibus curantur corrosi · ... exradicationem dentes ... Si autem fuerint ...

· l'inuenient ·

· et iam diximus curam eius ·

· a · campestris que facit rosas albas

· i · venenate (?) sunt flabilis (?)

mal · et demsalli (?)

[illegible]

fricatur · et confricatur cum lacte lactucarum · et imbuscetur ei · et ponatur intra ei folia. Constringit enim ipsum. ¶ Medicamen eradicans dentes sine ferro. Maceretur cortex mori et pyrethrum · et cortex radicis capparis · et cortex asclepii et arsenicum citrinum · et terantur in aceto ultime fortitudinis tribus diebus omni die hora una · et post residuum diei dimittantur infusa in ipso · deinde madefiat cautio dentis · et liniatur cum eo modo aliquotiens donec inveniatur mollificatio · deinde eradicetur · et ¶ Et ex eis que stare faciunt corrosionem dentium est ut impleantur gallia et mastice · ¶ Medicamen stringens dentes commotos. Recipe balaustiarum et rosarum · et gallarum et cyperi et sumach · omnium ana partem unam · aluminis partem mediam · et liniatur super gingivam · ¶ Medicamen abstergens dentes. Recipe salgemmam · et spumam maris et testam cutinorum (?) indorum · et tali · et de alumine alaffur · omnia conterantur abstergent · et fricentur cum eis dentes · et teneatur cum eo · ¶ De congelatione · conficiantur portulaca et amigdale excorticate aut cera · ¶ Et offertur denti qui doler cum advenit ei res frigida ut stringatur super prunam calidam · aut super intellum cibum calidum multociens donec lacrimetur oculus ex vehementia caliditatis eius · aut teneat in ore oleum calefactum · Capitulum xlvii · de corrosione et corrosione dentium (?)

Fit ex superfluitate putrefacta descendente ex capite · et corrumpit gingivam · Confectio medicaminis valentis ad illud. Recipe arsenici rubei et citrini et calcis et gallarum et aluminis iameni partes equales · et terantur cum aceto vini per aliquot dies · et informentur trocisci · Et cum necesse fuerit · terantur unum ex eis · et sumatur ex medicamine quantitas sexte · 3 · i · et fricetur cum ea gingiva · et dimittatur hora una · Et teneat post illud in ore oleum rosatum · fiat illud tamdiu donec removeat putrefactionem · et pulverizetur desuper post illud · illud quod fricat nasci carnem · et indurat eam · Et illud est ut sumatur olibanum et aloes et sarcocolle et sanguis draconis partes equales · terantur · et pulverizetur ex eis.

De fetore oris fit secundum Capitulum · xlviii de fetore oris · plurimum ex caliditate stomachi · Et signum eius est quod alleviatur cum sumit cibum · Et cura eius est ut bibat infusionem camomillarum siccarum in matutinis · aut comedat ex hiis · aut ex psilicis · Et bibat sauich cum zuccaro · aut comedat citrulos aut melones inmaturos · et festinet sue curare cum comestione · ¶ Et fit ex flatu corrupto in stomacho · Et signum eius est quod est semper · et non sedatur cum comestione in parte · Et cura eius est potare

verum multociens · et vomitus · deinde acceptio zinziberis conditi · et assiduatio trifere minoris · et ¶ Et fit a dente in ore · et fit ex putrefactione in cute oris et mentu et partibus eius · Et offerunt ei pillule iste · quarum confectio · Recipe corticum citri et spice nardi · et gariofilorum et gallie · et xilaloes crudi omnium ana · 3 · i · musci lucentis · i · informentur pillule cum aqua malorum et vino aromatico · et teneantur in ore · Et istud electuarium valet valde ad fetorem oris qui est ex flatu · et humoribus putridis · Recipe extremitatum mirti humide partes · iii · et cubebarum · et cyperi · et spice · et corticum citri · et quantum mastices · et gallie muscate · et gariofilorum omnium ana partem unam · conficiantur cum passulis enucleatis · et fiant ex eis pillule similes avellanis aut nucibus · Capitulum · xlviiii · de cola ·

Alcola fit cum caliditate et rubedine in ore · Et offertur ei flebotomia et ventosatio sub mento · Et curatur cum medicaminibus · Cuius confectio · Recipe spodium et rosas et coriandrum siccum · et sumach et lentes excorticatas · et semen portulace · et semen de mecha · et alchanna · conterantur · et teneantur in ore cum pa nem camfora · et colluatur post illud cum aqua rosata et aceto · ¶ Et fit ex flatu putrefacto · Et eius signum est albedo in ore · et offertur ei ut fricetur cum melle et tamarindo · aut fricetur cum zuccaro tabarzed · et colluatur cum iuleb · et teneat in ore memiren et mirobalanos citrinos et pyrethrum · ¶ Et fit ex putrefactione et corrosione · et offertur hoc medicamen · Recipe cuius confectio Recipe arsenici et calcis · et aluminis · et gallarum et floris eris partes equales · terantur cum aceto forti ebdomada · i · et fiant ex eis trocisci · et cum necessitas fuerit ei · fricetur locus putridus cum quantitate sexte · 3 · i · ei · et dimittatur hora una magna · deinde ungatur cum oleo rosato.

Fit quandoque cum vehementia rubedinis Capitulum · l · de sebilitatis · et offertur ei flebotomia · cum uvule · et gargarizetur cum aceto et aqua rosata · et ut palato apponantur rose · et sandali et balaustie · et cum fuerint trita · et approximentur uvule cum coclear et opprimant super eam compressione subtili · et elevent ad superiora oris · ¶ Et quando non est cum ea rubedo · et est declivius ad albedinem · offertur ei gargarismum cum mirti et sirupo acetoso et sinapi · Et offertur ei sal armoniacum · et fricetur cum gallis et sale armoniaco et sale et alumine · Et quando subtiliatur inde pix eius · et non est vehementis rubedinis · inciditur · et gargarizet post incisionem eius cum aceto et aqua rosata · aut cum aqua in qua decocta sunt folia rose · Capitulum · li ·

Egritudines lingue sunt de egritudinibus lingue ·

i. bothor i. pus pustul.

in al' suffidant in ea

L

aut apostema accidit ei · aut spasmus aut fissu-
ra · aut ulcera · aut grenuncule · aut ranula · aut
abbreviatio ligamenti · aut magnitudo lingue ·
aut rubedo et inflammatio · Et apostemati quod est ca-
lidum confert flebotomia cephalice · deinde ventosa-
tio submenti · et gargarizatio cum aqua et aceto ·
deinde omnia que conferunt alcole et synantie que est cum
caliditate secundum quod diximus · Sed illi que est sine cali-
ditate cum multitudine cursus saliue conferunt il-
la que diximus in alcola cum qua non est rubedo et caliditas.
et que diximus in capitulo synantie flaticce · Ad
fissuras autem confert psillium cum zuccaro et pota-
tur aqua ordei · et cibari pedibus edi · et fricetur
ipsum cum spuma que egreditur ex maliis cum in-
ciduntur et fricentur ad mulieres · et teneatur in gin-
giuis in ore · Et ulcerum cura sicut est cura
in alcola · Spasmus autem qui est inmediate ei
et est signum eius quod abbreviatur lingua et tensatur ·
cura est gargarizatio cum oleo de aneto et oleo
camomillino · et linitur ceruix cum aqua calida
et inungitur caput cum oleo · Et grenuncule que de
lingue sunt excise que accidunt post variolas · et si fuerint
antique non sanantur · Et confert ei que non est antiqua
ut fricetur sub ea cum salgemma · et sale armoniaco
et omnia que faciunt currere saliuam ex ea · Et si fuerint
incipientes fieri cronica · et fiunt sensus contur-
bati et mors ginnuses cum ea · confert ei cum pali
sis fide · Et fit propter abbreviationem lingue
ligamenti · et oportet ut incidatur illud ligamen-
tum · et ponatur super ipsum atramentum tritum · Et
signum eius est quod est adherens cum extremitate
lingue equaliter · Et fit propter ranulam sub ea
quare oportet ut scindatur et extrahatur si fuerit ma-
gna · Et si fuerit parua · fricetur cum medica-
mine acuto quod est ad gingiuas sanguinolen-
tas · Magnitudo autem lingue ita ut non capiat
lingua in ore · fit ex multitudine humiditatis que in-
bibitur ea · Et signa eius sunt · [illegible] eius extin-
ctio et retentio spiritus in ea · Et oportet ut fricetur cum
cepe aut cum acetositate citri aut similibus aliorum ·
adeo donec exeat saliua · quoniam ipsa flectet · Si
ergo sufficiat · bonum est · et si non · fricetur cum sale armo-
niaco · Et galienus quidem dixit quod magnitudo
lingue fit ex uentositate vaporosa implente
ipsam et inflante · Et cura eius est euacuatio cum
medicina soluta sicut sunt pillule cochie et posi-
tio rerum infrigidantium super ipsam linguam · et gargari-
zatio cum aquis infrigidantibus · Et differentia inter apostema
molle flaticcum et inflationem a uentositate vapo-
rosa · est quod inflatio non flectitur cum premitur super ipsam

digitus · et flaticcum flectitur · **Capitulum .liii. de sana-**
Fit ex multitudine sanguinis sine malitia **na·**
in ipso · Et signa eius sunt rubedo faciei et oculorum
et tensio corporis totius · et anxietas ciborum et quan-
titas sanguinis · et multa repletio corporis sicut sunt duc-
tilitas et minimi · et caro · Et cura eius est flebotomia cepha-
lice · deinde gargarizatio cum aceto et aqua · et sirupo
acetoso de zuccaro · et rob de moris · et aqua gra-
natorum acetosorum · et rob pomorum acetosorum · et
infusione sumach · et solone cum aqua fructuum ·
ut prunorum et tamarindorum et cassie fistule et ter-
niabin · et gargarisma est rob de nucibus · et aqua co-
riandri humidi usque ad tres dies · Et post tres
dies gargarizet cum lacte dulci in quo dissolu-
ta sit medulla cassie fistule · tunc si sanatur per
hoc bonum est · Et si non · ponatur in ore libra aque
fici cum decoctione ·℥· i · baurach et mirre · ʒ ii ·
dissolute cum decoctione fenugreci et dactilorum ·
Et impleatur guttur ex eis sicut est ei possibile
cum rebus mordicantibus ut attrahant materiam
ad exitum et assiduet illud quoniam dilatat gut-
tur · Et si fortior fit res et constringit guttur
valde · tunc insufflet in guttur ex his medi-
camine · Cuius confectio · Rx seminis albarmel ·
et seminis iusquiami · et asse fetide · et baurach ar-
meni · et mirre · et salis armoniaci partes equales sin-
gulariter teres aut coniuncti · et terit sicut alcohol · et
sufflatur in guttur · Et si locus deglutiendi stringitur ·
pone super ceruicem ventosam magnam quoniam deglu-
tiet · et aperiet dum permanebit ventosa super ipsum ·
et da ei ad potandum aquam ordei · deinde itera
ventosam · Et si due vene que sunt sub lingua
fuerint plene · flebotoma eas · post flebotomiam cepha-
lice · Si autem apparet apostema in gutture exterius · scal-
pella ipsum post flebotomiam · Et fit ex colera · Et si-
gnum eius est quod non est cum ea de vehementia suffo-
cationis et incendio et calore quod est cum sangui-
nea · Et sunt sitis et inflammatio et dolor forti-
ores · Et cura eius est post flebotomiam gargarizatio
cum eis que diximus · et sumere in potu aquam ordei
et mucillaginem psillii · et aquam melonis indi
et assiduatio gargarizandi · Et fit ex fleg-
mate · Et signa eius sunt multitudo cursus saliue
et paucitas doloris cum constrictione loci deglutien-
di · et paucitas rubedinis faciei · Et cura eius est
si infirmus fuerit fortis · ut cito succurratur cum sol-
uendo cum cochiis · et clisterizando ipsum cum clisteri-
bus calidis predictis in capitulo apoplexie · et frequenter
gargarizare cum [illegible] cum sirupo ace-
toso mellito aut est muri nabatio · a cum aqua

Margin notes: ·incipio · ·sal armoniac · ·l'embrocatio · ·alia · ·Ranula · ·saliue · ·aceto · ·ime · ·flac z · ·Vinde

mell' in cuius libra posita e ℥ .i. sinapis. aut
cum sirupo acetoso et aqua tritum expressi et
cum decoctione ficuum et bauracb. Et suffles in
guttur baurach. et assa fetida. et sal amoniac.
Et quandoque accidit sinantia post percussionem supue
niente collo. Et cum ei est flomia. et reliqua que
diximus in capitulo sanantie sanguinee. Quod si
comprimant spondiles colli. et constringentur guttur
vehementer. tunc cura ei est ut fiat ei instrumentum
cum simile lingue serpentis. et intromittatur in gut
ture. et sublevetur cum eo locus contractus. Et quandoque
accidit hec contractio in initio febris quia apostema at
trahit spondiles et non confert tunc hec cura. Et
confert ad constrictionem gutturis et sinantiam cum fe
cerit stercus yrundinum cum terunt cum sale amo
niaco. Et similiter stercus canis albi quod comedit
ossa. cum exsiccatur et terunt et conficiatur cum melle. et
liniatur cum eo guttur. Capitulum liiii. de tussi

Fit tussis aut propter aliquid quod est in pulmone. Se
cundum necesse ut egrediatur. quod est aut sanies aut san
guis. aut humor crossus. aut propter rem subtilem a
capite descendentem ex capite semper. et commoventem cana
nam pulmonis ipsius. aut propter humiditatem sui ipsius.
aut propter siccitatem eius. aut propter caliditatem eius. aut propter
ulcus aut apostema in ipso. Et apostema in ipso est aut apostema
sanguineum. aut calidum colericum. aut apostema frigidum
flaticum. aut durum. aut propter aerem frigidum advenientem
entem canne pulmonis. Et illa que fit propter rem in
pulmone quam necesse est exire. et est aut sanies. et
signum est quod fit post pleresim. et dicam curam eius in
capitulo pleresis. Aut est humor crossus. cui signum
est. quod est post coricazam. Et cura ei est cum decoctione
ysopi exceis que dicam. Et oportet ut sumas
decoctionem ysopi si viride est siccum. ita quod ut
misceas cum ea cassiam fistulam. Et si fuerit lenis
ut dentes premisere cum eo in ea. Et autem que fit
ex re descendente ex capite et commovente pulmo
nem. signum est tussis sicca. sine sputo. et fit for
tis precipue in nocte et post sompnum. Et cura ei est ut de
tur in potu sirupus papaveris et gargarizet cum
compositum cum aqua in qua decocta sunt folia rosarum
siccarum. et balaustie. et psillium et semen alti na
bache. et teneat in ore suo has pillulas que conficiuntur
Recipe amili et draganti. et amigdalarum dulcium
excorticatarum. et fabarum excorticatarum. et semi
nis papaveris et corticum eius. et gummi arabici et boli
armeni partes equales. conficiantur cum mucilla
gine psillii. et mucillagine seminum citoniorum.
et fiant ex eis que sint sicut lupini et teneat in ore.
Si igitur sufficiat illud. bonum est. Et si non. fiant trociscus

masculi pars una. et mirre et opii et terre sigillate omnium
autem tertia partis unius. et succi liquiricie pars una. et
fiant pille pondere scrupuli .i. et sumat ex eis in
nocte a tribus pillulis usque ad quattuor. Et fricet
caput in balneo per aquam abradit cum panno
aspero vehementer tam diu donec rubeat. et prohibeat
tur sternutatio omni die. Si igitur sufficiat. bonum est. et
si non. radat caput et liniat ex sinapi confecto
cum decoctione ficuum. et dimittatur tam diu donec
vesicet cutis. et aperiant vesice. et non consolidentur
spatio longo. et cauterizet locus commissurarum. et
precipue super illam que est in medio capitis. et non consoli
detur tempore longo. Et non negligat hec tussis
quoniam ipsa multotiens perducit ad ptisim. Et hec
quidem cum confert omni ex eius capite descendit ad
pectus eius catarrus aut ad stomachum. et fit cum ad
solutionem aut ad oculos eius. et fit cum doloris et
ulcerum in eis. Et fit ex humiditate pulmonis
ipsius inflaticis et senibus. Et signa eius sunt mul
titudo sputi et habundantia ipsius. et precipue post sompnum
et viscositas flatis in gutture. et commotio ho
minis cum eo in pluribus dispositionibus eius. Et cura
eius est ut in potu sumat decoctionem ysopi. si
igitur sufficit. bonum est. Et si non. evomat. et
solvatur cum yeracufini et que diximus ex illis que
scripta sunt cum ea. Et detur in potu post illud
de hac medicamine. cuius Receptio. Recipe seminis
feniculi et seminis apii. et radicum lilii. et ysopi
sicce. et capilli veneris et seminis urtice omnium autem
℥ .i. et ficuum siccarum .x. numero. et dactilorum tunde
decoquuntur cum duabus libris aque. donec remane
at lib. .i. et detur in potu ex ea omni die media lib. c
Et si sufficerit. bonum erit. Et si non. sumat in
potu de hac confectione. cuius confectio Recipe succi li
quiritie ʒ .x. et ysopi sicce et capilli veneris
et seminis urtice et yreos et cordumeni et piperis et
aristol. rotunde. et amigdalarum amararum et
nasturcii omnium ana ʒ .v. conficiantur cum melle
despumato. et detur ex ea quod sit sicut nux. Et hec
quidem medicina educit saniem expectorare et sto
machis humores crossos. et teneat ex his pillulis
in ore. quarum confectio Recipe succi liquiricie ʒ .v. pi
peris et mirre et cordumeni et amigdalarum
amararum omnium ana ʒ .ii. asse fetide ʒ .i. con
ficiantur cum melle. et fiant inde pille. et teneant
tur in ore. Quod si tussis in nocte prohibeat som
num. et festinat vomere. caveat cum eis que educunt
humiditates ex pulmone. et sumat post illud de his
pillulis. et teneat eas in ore suo nocte. quarum confectio
Recipe mirre et storacis liquide et thuris masculi

Sal' et fiat cap[itis] ...

et semp

pulmone

partes equales · et opii quintam partis .i. et fiant pillule
in unaquaque quarum sit pondus sexte ʒ .i. et su-
mantur sicut diximus. ¶ Et fit exsiccatione pul-
monis. Et signa eius sunt quod est sine sputo · et
alleviatur cum sorditie animi et apud introitum
balnei · et apud somnum et comestionem · et potum in-
ter plurime commixtionis. Et fortis cum adest fame
et sitis ... · et cum labor adest · et est cum ea semper ad constri-
ctionis anhelitus aut parum aut plurimum. Et illud
secundum quantitatem siccitatis pulmonis et extenuatio-
nem cordis et frequentiam impulsu cum pervenerit et velo-
citatem. Et cum ei est ut in potu detur aqua ordei
si res iam pervenerit in eo adhuc ut febriat bis
in die · in qua libet sumatur · et post tres horas · et i-
termittatur interim secundum sex horas diei · deinde ei
detur post illud ex brassica et cucurbita et que sunt simi-
lia illis ex olibus cum oleo amigdalino · et detur ei in
potu in tempore sompni mucillago psillii · et aqua cuius
calor mitigetur suo · et aqua cucurbite · et alterum ei
aqua cum iuleb · et teneat in ore ex hiis pillulis · quarum
confectio. Recipe · succi liquiritie ʒ .x. et seminis cucurbi-
te dulcis et seminis citruli et seminis portulace omnium
ana ʒ .v. conficiantur cum mucillagine psillii et al-
bugine ovi · et teneantur ex eis in ore. Et si non per-
venerit res adhuc ut febriat · tunc cum ei est sumere
in potu lac · et comedere panem cum eo · et potare
ipsum cum est sitis · et sit lac caprinum purissimum vel o-
deum humidum · et que sunt similes eis ex herbis. ¶ Et
fit tussis ex calore pulmonis · cuius signa sunt · ve-
hementia sitis · et magnitudo anhelitus et pulsus ·
et rubedo faciei cum anhelitu ascendentium invicem una
post aliam. Et cum ei est aqua ordei et mucillago
psillii · et fiat emplastrum cum cera et oleo violato in-
bibito mucillagine psillii cum aqua portulace aut
aqua lactuce · aut aqua citruli et que sunt similia
illis · et teneat in ore suo pillulas quas diximus · et alba-
rum pectoribus et pullis cum cucurbita et albis ... · et olim
amigdalinum · et bibat sanguis ... cum aceto
... et aquam ut frigidam · et assidue emplastrum pectoris
cum eis que infrigidant. ¶ Et fit tussis ex apate
in pulmone · et est aut apostema calidum · cuius signa sunt fe-
bris · constrictio anhelitus superflua · et frequentia
pulsus magna · et vehementia rubedinis maxil-
larum. Et cum ei est flebotomia · deinde reliqua cura quam
diximus in tussi que est ex caliditate pulmonis et sicci-
tate eius · aut apostema frigidum molle flaticum · cuius signa
sunt vehementia constrictionis anhelitus absque plu-
rima caliditate · et non est rubedo in facie · et multitu-
do salive et sputi. Et cum ei in principio est cura a-
postematis calidi dum cum eo permanet febris. Cumque

permendum dies et sedat febris et cursus · tunc cum
ei est vomitus et solutio ventris · et provocatio sputi
cum eis que diximus in capitulo tussis antique que est ex hu-
miditate pulmonis. ¶ Et fit ipsum apostema durum in
pulmone. Et signa eius sunt constrictio anheli-
tus secundum dies · et tussis sicca sine sputo · et neque est ca-
liditas in pectore si tangitur · et est difficultas ex-
trahendi ventum · et quando ... sunt constrictio
anhelitus · deinde debilitas ... secundum transitum
dierum · et non est ei sanitas ... alleviatur parum · et
pertendunt dies cum ... · si sumat in potu
aquam mellis subtilem · et teneat in ore suo semper
oleum amigdalinum · et inbibeat ipsum paulatim ·
et bibat lac recens mulieris · et fiat ei ex ipso sor-
bitio cum farina ciceris · et inungatur semper pectus
cum cera et oleo imbibito mucillagine fenu
greci et mucillagine seminis lini. Et offert ei ad
cepe galline et ad ... ranarum cum comedit eum.
¶ Et fit exulceratio in pulmone · cuius signum est egressio
sanguinis aut saniei ... cortices egredientes in
tussi · aut fit post sputum sanguinis · aut post pleure-
sim aut post catarrum calidum accipitur · et extenuatur est
ea corpus · et comitatur eam febris ethica. Et cum ei
est sanitas antiqua · et ulcus est recens adhuc · et sanguis
egreditur in tussi · ut sumat in potu aquam ordei cum
cineres fluvialibus et sirupum de papavere cum lacte
dum non constringit anhelitus ei. Et dentur trocisci de
papavere quorum confectio. Recipe seminis papaveris albi et
medulle seminis cucurbite et seminis citruli et
omnium ana ʒ .x. et amili et dragaganti et gummi
arabici · et succi liquiritie omnium ana ʒ .v. et boli ma-
sculi et boli armenici et sanguinis draconis · et camfore
omnium ana ʒ .ii. et mirre et cinamomi et opii
omnium ana ʒ .i. fiant trocisci · sumat in potu cum siru-
po de papavere aut cum rob mirti. Et si fuit antiqua
et eiciuntur saniei cum sonitu · et constringitur ane-
litus quando retinetur · tunc detur in potu decoctio ysopi
et que diximus ex illis que educunt hanc saniem donec
dilatetur ex hiis rebus. Et quando constringitur hane-
litus cum istis rebus · dentur in potu ea que educunt sa-
niem · cum et dilatatur redeat ad ista · et ami-
nistrentur dum non constringit anhelitus. Et animi
sit reliquum regimen eius quod est ipsius siccitatis pul-
monis ex tina et ... . Et si fuit putrefac-
tio et fuit illud quod venit ex eo fetidum cum expuitur
et fuit plurimus horum ... · et in pectore et dicitur
orthomi ... oportebit ut cum eo quod educat saniem
lambat eger omni die semel ebdomada ʒ .i. mir-
re rubee cum tribus ʒ mellis · et suffumiget fumi-
gationem in intrinsecum ex istis pillulis · quarum confectio Recipe ...

(Margin notes, left:) sorditione · sal. et ... · fit · l' sup. · i. serta · epton
(Margin notes, right:) l'minum · l'pett

aristologie · et mirre et storacis · et thuris partes equa-
les · et arsenici rubei quantum cicer · agregentur cum bu-
tiro uaccino · et fiant inde pillule ut auellane · et suf-
fumigetur ex eis pondere aurei unius · Et hoc quod suffumigatio-
ne offertur tussi plurime humiditatis sine ulcere · Et
fit ulcus siccum et signum eius est quod fit post sputum sangui-
nis et saniei · deinde [illegible] sputum · et remanet
tussis sicca [illegible] corpus usque fit calida · Et
cura eius est [illegible] omnia que diximus in ca-
pitulo siccitatis [illegible] Et fit tussis sic-
ca ex siccitate [illegible] eius sunt quod exacuitur
cum uehementia [illegible] in hyeme ·
et est durum et siccum · [illegible] est sorbitio [illegible] · et
prohibitio ab attractione [illegible] frigidi · et introitus bal-
nei · **Capitulum · liiii · de sputo sanguinis et uomitu eius et intestinorum ipsi ·**
Sanguis exitus ab ore · a[illegible]
cum uomitu · et est exitus [illegible] pectore et partibus eius · cum so-
nitu intestinorum similiter [illegible] et eius exitus ex
pulmone · aut ex pectore et partibus eius · aut cum
intestinis · et descendit ex capite et gingiua · et ex
palato et finibus eius [illegible] quod eius egre-
ditur cum intestinis et [illegible] · fiat et pro-
eo est ut quantitatis [illegible] gargarismus ex rebus
stipticis · sicut qui fit cum aqua rosata [illegible]
est sumach aut roba agrestis · aut [illegible] et
similibus · Et si est plurimum [illegible] tunc oportet
ut flebotometur cefalica · deinde [illegible] ex istis
rebus · Stat et in loco oris sunt [illegible] · misceantur
cum ipsis thus et sanguis draconis · et teneat
in ore aquam rosatam in qua bulliuerunt cupule
glandium aut carmeseth quod est semen tamarisci
Et si fuerit ulcus malum putridum · curetur cum eo
la putride · et si egrediatur sanguis qui egreditur uo-
mitu et si fuerit plurimum · aut assiduat pluribus diebus ·
flebotometur basilica · deinde exhibeat res stipticas · et
glutinationem facientes paulatim una uice post aliam
alia uice · Et post si eger inuenerit dolorem inter utras-
que scapulas · tunc oportebit ut trabicat aquam
citoniorum acetosorum in qua dissolutum sit ad dragmas
inclibis plumbi · et comedat ex glandibus et xilo-
cinnamomi · et passule est suis [illegible] et agresta · et
sumach · et bibat de hoc medicamine cuius confectio
est · Recipe · boli armenici · et gummi arabici et balaustiarum
et sanguis draconis et thuris partes equales · detur itaque
in potu cum aqua citoniorum aut cum aqua malorum · et pomorum
acidorum agrestium et eis similia · et ex eis que stipticita-
te sunt · et deuitet omne calidum et acutum · Et fit
quidem egressio sanguinis ex pectore et pulmone
cum tussi · Et ille qui est ex pulmone · est multo
acris cum tussi parua · Et ille qui est ex pectore · est paruus

cum tussi [illegible] · Et [illegible] cum [illegible] in
hec tussis · et cum timore [illegible] in pluribus [illegible]
[illegible] ad ptisim · Inde ergo flebotomia basilice · deinde
detur ei in potu hoc medicamen · cuius confectio est · Recipe thuris
et sanguis draconis amborum ana partem unam · et cen-
tauree et terre sigillate amborum ana partem mediam · et mastici-
nis et terre sigillate amborum ana partem · i · et s · et balau-
stiarum et balaustiarum amborum ana tres dragmas duas
unius partis · et detur ex eo in potu pondus · ȝ · iii · cum pondere
lenticule unius opii · et lenticule seminis apii [illegible]
et cinnamomi [illegible] · ȝ · i · aut spice aut costi aut
mirre · Et conficiatur cum aceto et aqua rosata in
matutinis et uesperis · Et melius est ut detur ei in potu
hoc medicamen cum aqua alkekengi · aut cum aqua por-
tulace si fuerit cum eo calitas · Et si fuerit in pec-
tore dolor cum sputo sanguinis · tunc line locum do-
loris hoc medicamine cum narcisino perfusit ·
et detur ei ex ipso in potu propter confectionis ipsorum est uno ·
Fit quidem **Capitulum · lv · de pleuresi [illegible]**
ex sanguine · cuius signa sunt rubedo coloris ·
et repletio pulsus · et uehementia constrictionis bene-
litatis post multam repletionem uini · et si sputum iam in-
ceperit · erit rubedo in eo plus · Et cura eius est flebo-
mia basilice ex latere opposito · deinde initio flebo-
mie eius ex latere doloris in tertia die · et detur in potu
aqua ordei et uiolarum [illegible] · Et si non fuerit siccum ·
humectetur cum aqua fructuum · sicut est aqua prunorum et
uiolarum siccarum et cassie fistule et tamarindorum · Et
si fuerint dolor et punctura uehementer · fiat emplastrum
cum uiolis siccis et camomilla et farina ordei et altee
de unoquoque quorum sumatur pugillus unus · et con-
ficiatur cum aqua et oleo sisamino · et repleatur cum eo locus
cum est tepidum · Et si tussis fuerit sicca · et difficultas
expuendi uehementer ualde · tunc detur ei in potu omni die
de aqua ordei bona una · post hanc decoctionem · cuius confectio
est · Recipe · ficus albas · xx · numero · et passularum enucleatarum
ȝ · x · et radicis liquiritie [illegible] et puluerizate
ȝ · v · et iuiubas · xx · numero · et sebesten totidem nu-
mero · bulliant cum tribus libris aque donec re-
maneat ad libram unam et s · et coletur et detur ex eo
in potu media lib · cum ȝ · v · uiolarum conditarum et
ȝ · iii · olei amigdalarum dulcium · Stat mundifi-
catur in fine et sanatur · tunc illud bonum est · et si
remanet ex ea reliquie · ut diximus cum eis · Et
fit pleuresis ex colera · et signa eius sunt punctura et
dolor in latere · et caliditas fortior quam cuius que est ex
sanguine · et pulsus durior et minor · et febris
acuta · Et cura eius est flebotomia · et si ex latere dolo-
ris [illegible] · et repleatur locus cum eis que diximus ·
Et le[illegible] quod diximus · si fuerit solo

Tal' g're [illegible]

flebotomia?

l'pec

tal' cefalice

tal' lib una cu[illegible]

l'pec

uentris. Et similiter fiat reliquum cum per quod ne-
cessarium est in hac specie ut extinguatur causa infla-
matio colere superflua extinctiue est eis que sunt
sicut mucillago psillii et aqua citruli et aqua
cucurbite et aqua melonis mortificatiue et species per
se et per additionem cum aqua ordei. Et sit cibus
ex lentibus et cucurbita et spinachia et qui fit ex
maluis cum oleo amigdalino. Et fit ex san-
guine adusto nigro. Et signa eius sunt ue-
hementia puncture et siccitatis oris et fortitudo
febris et asperitas lingue et permixtio sputi
et turpitudinis eius et difficultas ipsius et nigredo colo-
ris eius et plurimum eius est mortale. Et cum eius est flebotomia
et reliqua que diximus. Verumtamen oportet ut potetur eger
in hac egritudine extinguentibus et plurima et
humidificatiua semper iuleb et potetur aqua ordei tri-
bus uicibus in die et ingrediatur tinam ter in die
et non prolonget sessionem in ea et locus doloris embro-
cetur cum aqua calida et assidue ducatur desuper emplastrum.
Et fit pleuresis ex sanguine in quo dominatur fleg-
ma et est magis quieta et lenior et febris cum ea non habet
magnum dominium et non est punctura in latere et est
sputum in hac egritudine album et in ipso est rube-
do parua. Et cum eius est flebotomia et deinde decoc-
tio ysopi et uiole et cetera et reliqua que diximus. Ver-
umtamen extenuatio et humectatio oportet ut sit minor et-
Tisis fit autem per Capitulum .lvi. de ptisi.
plesim aut per sputum sanguinis aut per coriza
et catarrum plurimum ex capite aut per tussim
longam. Et nos quidem iam diximus signa eius et curam ipsius
in capitulo tussis. Capitulum .lvii. de peripleumonia.
Peripleumonia est flegmatica secundum plurimum et quandoque est
sanguinea et et colerica sed raro et accidit ab apo-
stemate quod est in pulmone. Etiam diximus signa eius
et curam ipsius in capitulo tussis. Capitulum .lviii. de dis-
Dispnia plurimum quidem fit ex flegmate grosso nia.
implente canna pulmonis et sunt cum ea oregmon
magni in pectore et constrictio anhelitus et illud quod
faciunt canes in anhelitu quando currunt et propter hoc apud
motum. Et cum eius est illud quod educat illos humores
crossos expectorare. Et iam diximus illud in capi-
tulo tussis humide. Et fit quandoque ex siccitate pul-
monis. Et signa eius sunt sitis et subtilitas uo-
cis. Et cum eius est sumere lac in potu. Capitulum
Egritudines cordis .lviiii. de egritudinibus cordis.
quas curare possibile est sunt alteratio complexionis
antequam confirmetur et tremor cordis et sincopis
et dolor quando non confirmatur et debilitas. Apostemata autem
et disruptio aut corruptio complexionis confirmate
non sunt sanabiles ad curandum. Et signa calide complexionis
inferentium sunt crassus pulsus per uehementiam
diuisionis et magnitudinis et attenuationis coloris subi-
to per uehementiam rubedinis eius et sincopis dif-
ficilis tantum euasionis et sudor frigidus quem excusa-
tur est calitas cordis non confirmata. Cuius signa sunt
uehementia calitatis pectoris et magnitudo pulsus
et uelocitas eius et frequentia ipsius et febris insepara-
bilis. Et cum eius est sumere in potu lac acetosum ex-
tincto butiro et rob acetositatis citri et rob
malorum et rob acetose et aque camphore et uas-
cos de camphora et emplastrare pectus cum sandalis et aqua
rosata et camphora infrigidatis super niue. Et al-
terentur emplastrum cum succo lapacii et bibat in potu aquam
frigidam et habitet in locis frigidis. Et est ex fri-
giditate complexionis eius cum non est confirmata. Et signa eius sunt
tarditas pulsus et anhelitus et pigritia et restri-
ctio letitie et tristicia. Et cum eius est dare in potu
uinum forte odoriferum purum pauce quantitatis
et comedat odorifera calida et inungatur pectus cum
oleo nardino et emplastrare ipsum cum spica et costo
et sauina et apio et cinamomo et garioflis et
foliis mirti. Fiat emplastrum cum uino et aqua citoniorum
et aqua malorum et empletur cum eo cor. Et comedat
ex pullis columbarum et uitellis ouorum et pinguibus auibus
et frixis humilibus plurimas species quibus conditur ci-
bus. Et est ex complexione sicca si non confirmata
est. Et signa eius sunt quod corpus iam extenuatum est et
non tenui et pulsus durus paruus frequens. Et cu-
ra eius est aqua ordei si est febris continue habitus. Et si
non potus lactis et introitus tine et balneatio est
aqua dulci sicut diximus in capitulo tussis sicce et
positio cerotorum semper super pectus et in eo scapu-
las et potare oleum amigdalinum super uinum pu-
nicum secundum modum medium. Et olei amigdalini fundatur
super .x. v. uini et bibatur in matutinis. Deinde
sorbeat sorbitionem factam ex aqua ordei et oleo ami-
gdalino et zuccaro. Deinde ingrediatur tinam. Postquam
exiatur et empletur pectus cum eis que diximus et uitet
laborem. Ex humiditate uero fortasse non sunt sani-
de egritudines. Nam si dominatur in dispositione
corporis adeo donec necesse sit ut cordi ducetur
interficiat uelociter et non expectat curationem.
Et fiunt apoplesia et paralisis propter anticessionem
dominii humiditatis super cor. Debilitatis autem
cordis signa sunt tremor cordis sine calitate
et non est uelocitas impulsu et constrictio anhelitus
et deinde similis sincopi adeo donec fortasse su-
perueniat ei sincopis. Idem accidunt infirmo quando
mouetur. Et cum eius est diamuscum quod reponit et
incitandum. Et offert ei secundum medicinam. Cuius confecti-

Margin notes:

· et spissitudo et anhelitus
et commutatio acrium.

· alie

· si non inclinat

p

p

e

e

Rx. masticis et cinamomi et piperis longi et si
simbrii et selenitici miscelli et bedeugar et meliloti
et folii indi et coriandri sicci et spice nardi om-
nium ana ʒ. i. et corallii et gumme et margaritarum
parvarum et spodii omnium ana ʒ. s. et musci sextarium
unum. conficiatur cum melle extincto cum mirobolanis
kebulis conditis cum succo emblicorum et mirobolanorum
nigrorum omnium ana pusillum unum et bulliant
in aqua bene et effundatur de illa aqua partes iiii.
super duas partes mellis despumati et decoquatur do-
nec medietas aque. deinde conficiatur cum eo et ungan-
tur pectus cum eis que diximus de odoriferis calidis et
cum gallia et utatur suffumigationibus et vino
odorifero et cibi eius sint pulli et edi et vitelli
ovorum sorbilium et utatur ludis et gaudio et sono
et indumentis muscatis semper et dormiat et exer-
ceatur contra laborem. Et tremor cordis fit
secundum plurimum fit cum calore. Et cura eius flobotomia
cephalica ex latere sinistro et detur in potu lac ace-
tosum et trociscos de camfora secundum quod diximus. Et
fit tremor cordis raro tamen ex multitudine me-
lancolie in sanguine. Et hec species tremoris cordis
est nobilior speciebus tremoris cordis. Et signa eius sunt
corruptio cogitationis et timor et silvestritas et
discessio proxima melie que est ex dominio colere nigre
in sanguine. Et cura eius est illud quod diximus in complo-
nie que est ex dominio colere nigre in sanguine. Et

Et sincopis quidem fit propter dispositionem que accidit cordi
cum corruptione cerebri. Et cura eius est totum propter eum
irrigatio aque frigide et effusio ipsius et insufflatio
musci in nasum et fricatio extremitatum ve-
dum et pressio et odoratio vini et odoriferi et odo-
ratio odoris cibarii odoriferi et sumat diamusc
cum cum aqua malorum et tortellas tintas cum vi-
no odorifero. In dispositione autem que est propter hoc
consideretur an sit ex debilitate cordis an ex frigidi-
tate an ex caliditate et curetur cum cura sua.

De egritudinibus stomachi. Capitulum lx. de egritu-
dinibus stomachi.

Sunt debilitas digestionis et
malitia ipsius et paucitas appetitus et super-
fluitas eius et dolor qui commovet ieiuno sine come-
stione et dolor qui commovet post comestionem et vo-
mitus eius quod comedit et apostema et ulcera. Et de-
bilitas quidem digestionis fit ex frigore stomachi et
signa eius sunt eructuatio acetosa et lenitas
ventris et eius inflatio et multitudo ventositatis
et longitudo more cibi in stomacho. Et cura eius est zin-
ziber conditum et electuarium diapipereon et alcum-
didiacon et diacalamentum et conferunt ei semina ca-
lida sicut ameos et ciminum et carvi et grana viridia

et origanum et alamudeon et que sunt illis similia
singulariter et coniuncta. Et fit ex humiditate stomachi.
Et signa eius sunt multitudo sputi et assiduatio
nausee et paucitas sitis et velocitas descensionis
cibi absque plurima alteratione eius. Et cura
eius est vomitus. deinde trifera minor et scoria fer-
ri confecta. deinde medicine que exsiccant sicut thus
et ciminum et emblici conditi et bulanstie et capari
et similia. Et fit ex humiditate stomachi cum frigiditate eius
et est illud quod est plurimum. Et signa eius sunt eructuatio
acetosa et paucitas sitis et inflatio ventris
et velocitas descensionis cibi. Et cura eius sunt ela-
ctuaria composita ex medicinis calidis et stipticis
sicut illud de olibano et illud de agno casto et ho-
morusie et trifera minor cum pontico et piper et
zinziber et electuarium diacitoniten non solu-
tivum et amittet quodcumque fuerit presens post vomitum.
Et sit cibus frixa plurima. bibat semina et species
quibus cibaria conduntur et vinum sit forte antiquum.
Et fit propter caliditatem stomachi cum humiditate. Et signa eius
sunt paucitas appetitus et multitudo saliue
et nausee. Et cura eius est vomitus et sumatur in potu
yerum pigram. deinde electuaria exsiccativa
absque multa calefactione sicut mirobalani in-
di et kebuli et emblici qui conficiuntur cum passulis conditi
tis cum suis infusionibus et zegelemabin de zuccaro
qui conficiuntur cum eo rose et spodium. Et fit
debilitas digestionis ex siccitate stomachi. Et signa eius
sunt extenuatio corporis et dissolutio similiter et vigor
et vehementia sitis. Et cura eius est balneatio cum
aqua tepida dulci absque mora intima et su-
matur in potu lac et aqua ordei sicut diximus in capi-
tulo siccitatis pulmonis. Et fit debilitas
digestionis ex debilitate virtutis stomachi. Et signa eius sunt
que fit post vomitum plurimum et digerit primum cibum
et gravat illum qui est super ipsum. Et cura eius est tri-
fera magna et scoria et inunctio cum oleo nar-
dino aut emplastrum cum spica et capis et squinanto
et mastice et thure et aqua citoniorum et vino
stiptico et detur electuarium de xiloaloes et elec-
tuarium diacitoniten non solutivum et multipli-
cet masticationem masticis et accipiat ex eo
rosis et capparis et thure et sumat pulverem ex
quorum unicuique equaliter sit ʒ. ii. et bibat vi-
num stipticum et comedat ex cibis et fructibus stipti-
cis. Et fit malitia digestionis aut ex caliditate
complexionis stomachi aut ex colera in ipso aut ex melia. Et
signa eius que est ex caliditate sine materia sunt sitis et e-
ructuatio fetida cum siccitate oris. Et cura eius
sunt cibi acetosi crossi sicut illi qui infrigidant sunt et

acetosi cum vaccina carne. et illi qui fiunt cum agresta. et cum sumach. et potus aque vehementer frigidis. et emplastratio eius cum herbis frigidis. ¶ Et fit cum materia que est ex colera rubea contenta in eo. Et signa sunt nausea et vomitus colere. et eructuatio fetida post comestionem. et corruptio ciborum levium super ipsum sicut carnium avium. et ovorum digestionis ciborum grossorum ut carnium vaccinarum. Et cura eius est vomitus cum sirupo acetoso. et solo cum yerapigra. deinde cum hiis que diximus ante hoc. ¶ Et fit ex melancolia. Et signa eius sunt incendium ante comestionem quod sedat comestio. autem deinde quo comestio addit minuit. et magnitudo splenis. et vomitus acetosus faciens congelationem in dentibus. et dolor stomachi parve ante comestionem. Et cura eius est solutio eius decoctione epithimi multotiens. et flobotomia basilice. et cibi facti cum zucaro et oleo amigdalino. et vinum dulce.

¶ Et fit iterum debilitas appetitus propter caliditatem stomachi et multitudinem colere in eo. Et nos quidem iam diximus signa eius et curam ipsius. Austeritas vero quod corpus non sollicitatur pabulo. Et signa eius sunt repletio et longitudo quietis. Et cura eius est minoratio cibi et motus et exercitium. ¶ Et fit propter debilitatem appetitus quando non resolvitur ex corpore aliquid. Et signa eius sunt duricies cutis corporis et longitudo collectionis fumus. Et cura eius est balneum et fricatio et exercitium et fricatio in balneo cum baurach et farina ciceris. et sudor plurimus. et assiduatio balnei. ¶ Et fit quando corpus non indiget cibo propter plurima. Et signa eius est egestio alba et humidus. Et cura eius sunt omnia que faciunt penetrare cibum et nutrimentum sicut vinum vetus et amarum forte. de quo moderatum detur in potu ieiuno. et balneum ante cibum. et exercitium. et omnia que calefaciunt corpus et aperiunt opilationes eius sicut diacalamentum et diapipereon et electuaria calida subtilia. ¶ Et fit propter retentionem eius quod distillat ex melancolia in os stomachi. Et signa eius sunt ut non patiatur famem. Et cum si comedat in quibusdam horis comestionem unam digeritur bene. tunc est fames provata et digestio recepta. Et cura eius est assiduatio ciborum acetosorum aggregantium acetositatem et stipticitatem sicut acetosa et agresta et sumach et ribes et cibi infrigidati. et allebel. et infusum in eis factum. et administratio alcaugiuamich. et oleorum in quibus est caliditas sicut sunt cepe et allia et porri et piper et altit et sinapis et similia illis. deinde que excitant appetitum cum medicinis competentia in hoc. ¶ Et fit propter mixtionem venientem ad os stomachi. Et signa eius sunt ut non iuvat propter istas medicinas et cibos acutos similes. aut plurimum sensum et in maxima ei nausea. Et cura eius est difficilis. attamen curatur secundum dispositionem et confortationem ... et cum emplastris calefacientibus deinde illis que ponuntur super os stomachi. ¶ Et fit dolor in stomacho ante comestionem aut post comestionem. Et dolor qui fit in ore stomachi ante comestionem autem fit propter apostema aut propter ulcera aut propter ventositatem causam extendentem ipsum. Et ille qui fit post comestionem alius est qui fit cum vomitu. et alius est qui fit sine vomitu. Et signa doloris sunt que fit ex apostemate calido in stomacho sunt febris et apparitio apostematis istius. et casus appetitus omnino. et vomitus et sitis. Et cura eius est flobotomia. deinde vomitus. et evacuatio deinde potio cum rob agreste et rob citoniis et que sunt similia illis. et decoctio tenuis cum pabulo aqua ordei cum ... fitiat illud usque quo alleviatur febris et caliditas. Et post illud sumat in potu aquam endivie in qua dissoluta sunt medulla cassiefistule et tamarindorum. Et quando antiquatur sumat in potu trociscos de bdellio. et emplastretur in principio rei cum sandalis et rosis et camphora. Et si sedatur caliditas et fortior fit res. emplastretur cum cera et oleo nardino in quo iam precessit positio ÷ eius. duo aurei aloes. et duo aurei masticis. et duo aurei squinanti. et duo aurei ciperi. et aurei tres bdellii dissoluti cum vino. Et hoc apostema quod accidit in stomacho plurimum accidit in ore eius. et permutatur ad apostema durum. autem collectionem sanici et fit dubelati. Et ego dicam signa eius et curam ipsius cum dicemus ulcera in stomacho. ¶ Et fit propter apostema flaticum et aquam parvum accidit ideo. Et signa apostematis flatici sunt febris lenis et multitudo sputi cum casu appetitus et inflatio stomachi absque duritia in tactu. Et cura eius est ut detur in potu infusio aloes. et alleviantur cibi. et adhereat vomitui. et emplastretur cum cinere arboris vitis et ciperis et squinanto et spica. confectis cum aceto.

¶ Et fit apostema durum in stomacho. et parum accidit in capite. et non accidit nisi post apostema calidum. Et nos iam diximus curam eius. Si autem induratur in dispositione sua valde emplastretur cum fortioribus dissolventibus sicut est hoc emplastrum cum confectione. Recipe semen caulis et amigdalas amaras excorticatas. et bdellium et storacem liquidam et ... et spicam et masticem et ciperum et squinantum. resolvantur gumme cum vino. et aggregentur cum eis reliqua. et fiat cum eis emplastrum. ¶ Et fit dolor propter ulcera in stomacho. Et signa eius sunt quod fortior fit dolor cum comedit res acetosas et acutas. et apparet in vomitu aut in egestione sanguis aut sanies cum dolore autem inter utrasque scapulas aut sub collo aut super umbilicum. Et cura eius est.

· talis propter excusationem corporis a cibo.

· vel pravitas

· i. in se cibi cum aceto condita et dicuntur alii quod est cibus factus ex aceto et cereo.

· caugiuamich i. carnes que condite sunt sallamuria.

27

· in alio pudac dies

· plurimas

ut in potu detur aqua ordei. si fuerit caliditas.
deinde detur in potu post duas horas hoc me
dicamen. cuius confectio. R. thuris et sanguinis dra
conis ambor ana. ℥. v. et rosarum et balaustiarum
et cinrabe omnium ana. ℥. ii. boli armeni. ℥. iii.
detur in potu cum aliquibus rebus stipticis. Et fit
propter dubelatum in stomacho. Et signum est adubelati in
stomacho quod sedantur febres et dolor post apostema colim mag
sensu perceptam velociter. Si ergo remanserint infla
tio. scias quod apostema iam collectionem fecit saniei
et indiget eo quod disrumpit ipsum. dentur ergo ei in
potu lac dulce et aqua calida una vice post aliam
et pronat desuper et moveatur. Si ergo commoveantur tre
mor et egestio sanguinis et saniei et detumescat
apostema. scias quod iam disruptum est. Et si illud non
valet. tunc cibet infirmum sinapi. et da ei in potu
aquam mellis donec disrumpatur. Quod si disrumpatur. tercia
die ei in potu aquam mellis iuvet. et hoc medicamen iu
vet una. donec mundificet ipsum aqua mellis. et postea
liberet ipsum hoc medicamen. Et fit dolor in stomacho ex
ventositate tendente ipsum. Et signum ei fuerit quod com
movetur post digestionem cibi in latere sinistro supra
splenem. et rugit cum premitur desuper. Et cum ei est fric
tio curetur. et deambulatio. et adiuvetur cinctura
tionem cum masticatione thuris et masticis et ci
mini. et devitando herbas et cibos inflativos. Et
fit dolor qui commovetur post comestionem plurimam. et
corrumpitur cum eo digestio. et non commovetur post come
stionem parvam. et non corrumpitur digestio. Et cum ei est
ut comedat in die multotiens parum. Et fit dolor
in eo et qui non commovetur post digestionem comestionis.
nisi sedatur in vomitu. et est vehementior dolor stomachi.
Et cum ei est potare infusionem aloes. deinde tri
sceos stelle. et triasceos yleos. et dividatur cibus in
pluribus vicibus. et premittatur ante cibum lambitiones
mellis. Et offertur ei ut sumat vitellos trium ovo
rum assatorum. et ʒ. i. coriandri sicci. triti. et sificia
tur cum melle dispumato. et comedat ante cibum omni
die. Et offertur ei ut emungeret corpus super commissu
ram mediam emptio longo. Et fit augmentum
appetitus aut propter vehementiam laboris advenientis ho
mini in ambulatione sua. aut propter multitudinem
eius que effunditur de cola nigra ad os stomachi. aut propter
frigus stomachi. aut propter vehementiam humiditatis corporis. Si
autem est propter vehementiam multitudinis effusionis cole
nigre. tunc signum eius fuerit. quod est cum multitudine co
mestionis. multitudo egestionis. et in infirmo sunt
comedit excitatur mordicatio vehementer in stomacho
suo. et non tollerent quin comedant. Et cum ei est
cibus pinguis. et vinum durum. et pistomia basilice.

et decoctio epithymi. et caulium. et unctione super sple
nem. Et fit ex frigore stomachi. Et signum eius est mul
titudo comestionis cum multitudine singultus si
ne mordicatione. Et cum ei est illud quod diximus
in stomacho frigido. At non oportet ut confortetur et assu
escat cum ventione. Et fit ex humiditate corporis. Et
signum eius est ut non sit cum eo egestio secundum quantitatem co
mestionis. Et cum ei est sessio in aqua frigida in locis
frigidis. et inungere corpus oleo mirtino. et ceterum. et cibi
cursum humidi. tarde penetrationis. sicut sumach
et agresta. et carnes vaccine et arietine. et cibi
viscosi et oppilativi. sicut pedes vituli. et caseus re
cens. et panis azimus. Et fit aliud quod accidit ex
vehementia laboris deambulationis. Et signum eius
quod commovetur post famem vehementem sincopis. Et
cum ei est. ut in potu sumat vinum et aquam cur
nis cum speciebus odoriferis. et prohibeat a sompno.
deinde ingrediatur balneum. Et fit ex desiderio
nis mal'. et accidit autem mulieri pregnanti. aut ei qui
stomacho suo habet humores malos. Et cum ei est ut
detur pregnanti electuarium de yliacloes. et diaa
tomitem non laxativum. et comedat de carne galli
ne et cerebellum eorum. et arietis assatis. et comedat
in quibus eorum bonis vomitu levi. et comedat re
modicum de cepis et allio et sinapi. Illi autem qui desi
derant res malas sicut carbones et lutum. evomat.
deinde sumant in potu infusionem aloes. et decoctionis
post illud de trifera facta cum scamonea fiera. et sede
tur appetitus eorum cum excitatur cum decoctione ossium pullorum
columbarum assatorum. et carne salium siccam facta cum
amcos et spodio. et nuce muscata. et allbebil. et car
damomo. hoc est sedant omnia que diximus. Capitulum lxi. de
Colerica passio fit ex commissione colerica passione.
cibi in stomacho et intestinis. Et signum ei fuerit ante in illo
sacietatis nausiative. et multitudo ventositatum
invenitur ante eam potest aliquis. et quod incipit cum do
lore umbilici et punctum eius. deinde advenit solo
plurima. aut sine vomitu aut est vomitu pa
uco. Et cum ei est ut bibat homo qui sentit punc
turam et torsionem aquam calidam in qua bulliant fuerit ci
minum. multotiens. et requirat sompnum. et prohibeatur
ab avellanis quantum possibile est. et infundatur
vitellos in vino veteri et comedat eos. Si autem se
nit gravitatem incipiat sua dormiat. Et cum
evigilat ingrediatur balneum et prolonget finem. deinde
redeat ad consuetudinem suam paulatim. Et fit ex
effusione cole rubee in stomacho et intestina est superflui
tate. et est deterior eius et pejor. et magis desiderans. et
cum eo est nausia vehementer valde. et sitis assidua.
et bibit aquam frigidam. et sedatur nausia eius donec

Supuenit egro sincopis.

Jnal' fride.

calefiat intus. deinde euomat eam. Et quando
est cum ea solutio uentris etc. Et quandoque superfluunt
adeo donec fiat superuenit infirmo sincopis. et
cadit pulsus. Et cum ei est ut sumat in princi
pio cum incipit aquam calidam plurimam ut euomat cum
facilitate. et regrediatur ab eo plurimum illius cole. Cum
ergo peruenit uomitus ad hoc ut cadat uirtus et superflu
it. tunc ligentur utrique adiutoria. et infundatur
stomachus eius cum niue. ponendo eam super ipsum. et ef
fundatur super extrema eius aqua frigida. et da ei in po
tu rob granatorum purum una uice post aliam. Et
quando euomit ipsum. reitera ipsum. et da ei in potu
spodium et lutum anesiburiu. et rosas siccas. et dis
solue ea in aqua malorum. et da ei in potu de aqua
frigida. et quando euomit eam. reitera donec uide
as uomitum alleuiari parum. Et tunc fac eum sor
bere aquam carnis assumptam ex pullis contritis. et
funde super eam parum aque citoniorum. et parum uini. et
pulueriza de super tortellas tritas. Et si euomu
erit. reitera illud super eum donec recipiat illud.
Et da ei in potu aquam agrestam in qua infusi sint pul
li et cubugi. et pulli columbini assati triti. et
cum recipit cibum. tunc da ei in potu uinum. et
cooperi eum ut dormiat. nam uomitus sedatur cum
sompno eius. Capitulum lxii. de eructuatione.

i. podices

Eructuatio si multiplicatur digestionem corrumpit.
Et quando minoratur. inflat stomachum. Et quando mino
ratur. offertur ei masticatio thymi et cimini. Et
quando multiplicatur. utatur uomitu ante cibum. et e
lectuario diapipeon. et zinziber condito et balneo.
Singultus fit Capitulum lxiii. de singultu.
aut propter rem mordicantem os stomachi. aut propter uentosi
tatem grossam extendentem ipsum. aut propter apostema in epa
te. aut post solutionem et euacuationem superflu
am. Et signa eius qui accidit a mordicatione
oris stomachi sunt quod fit post comestionem rei calide.
aut uomitus cole rubee. aut uiridis aut nigre.
Et cum ei est ut bibat aquam calidam aliquociens.
deinde sumat oleum amigdalinum. aut sumat
de butiro recente paulatim. Et tunc si seda
tur bonum est. et si non. administra ei uomitum.
dando in potu sirupum acetosum et aquam calidam.
et euomat ea multociens. deinde da ei ordeum et
sorbitiones leues factas ex amilo et oleo amig
dalino et zuccaro. Et quando est ex uentositate
grossa. tunc signum eius est quod fit post satietatem
nausiatiua. et accidit infantibus plurimum propter
multitudinem suctionis mamille. Et offertur
ei ameos. et zinziber. et calamentum. et mastix sin
gulariter et composite. Et offertur ei sumere in puluere

folia sisimbrii sicci contrita. aut folia rute. aut
folia calamenti. aut semen eorum. de unoquoque quorum
sumat puluis ponderis ʒ. ii. cum uino puro. aut
decoctione cimini et calamenti. et dissoluatur in aqua
parum castorei. et detur in potu. et uaporet locus. et
ingrediatur balneum calidum. et introducat aquam
calidam non superflue. Et ei qui fit ab aposte
mate epatis calido signa sunt febris acuta et
nausia. Et ei cum est flebotomia basilice et sumere
in potu aquam ordei et aquam granatorum. et emplastrare
epar cum sandalis. et aqua rosata et aceto et cam
fora. et sumere in potu aquam solatri et endiuie
bullitam et collatam cum siropo acetoso. Et
fit singultus accidens post diarriam et solutionem
uentris. et reliquas euacuationes. Et plurimum eius
curationem non habet. et est signum mali. Et curatur secundum
dispositionem suam dando in potu lac semper. et sorbitiones
leues. et uinum plurime commixtionis commestionis.
et aquam carnis. Capitulum lxiiii. de egritudinibus epatis.
Egritudines epatis sunt aut apostema calidum. aut
apostema durum. et non forsitan fit flaticam. aut oppi
latio. aut malitia complexionis calide. aut frigide.
aut debilitas eius tantum. aut uentositas grossa sub
eo. et ycteritia. et ydropisis. Et signa
apostematis calidi incipientis sunt febris inseparabilis
et uehementia sitis et uomitus cole. Et quandoque sunt
cum eo singultus et ycteritia. et tussis sicca. et quod
non est sputum eius. et casus appetitus. Et cum ei
cum est incipiens et usque ad ebdomadam unam est
flebotomia cefalice ex latere dextro. et emplastretur
epar cum sandalis et camfora et aqua rosata. et in
fricetur semper. Et sit contentus pabulo aque ordei.
et detur in potu aqua granatorum acetosorum et aqua en
diuie et aqua solatri cum siropo acetoso ex zuc
caro puro acetoso. Et quando alleuiatur febris.
sint cibi eius ex berberis et agresta cum pullis. et
dimittat uinum omnino usque quo uerificetur ei sa
nitas. Apostema autem calidum conuertitur ad tria. aut enim
resoluitur aut collectionem facit saniei aut indu
ratur. Et sequitur resolutionem eius sanitas. Et
collectionem ipsius sequitur uomitus saniei. et san
guinis. et egestio utriusque. Et comitatur duri
ciem eius ydropisis. Et signum resolutionis est quod
alleuiatur infirmus post sedationem febris. et quie
scunt omnia accidentia. et sedantur. et redit color ad
dispositionem suam in colore et appetitu. Et illud fit
propter naturam cum est fortis. Sufficit enim post flebotomiam
et curationes quas diximus. confortatio eius tantum. Cu
ratio uero est ut post quietem uehementie febris detur
in potu aqua endiuie cum medulla cassiefistule

Jnal' nō' ph

l' debilitate

Jnal' ... duas

[margin: z; diminutionis]

et repleat epar cum cera et oleo alhenni et cinnamomo et bdellio et semine cuscute et spica et mirra et capparis et rosis cum vino aut aqua citoniorum et mirti secundum quantitatem diminutionis caliditatis. C
Collectionis autem saniei in epate signum est quod sequitur febris et accidit tremor et venit saniei et sanguinis egestio utrique et ges agilitatem quam inveniebat eger quando rem appendit ex latere dextro et fistula ipsius et latere dextro. Et cura ei est ut sumat in potu aquam dactili aut aquam zuccarini aut sirupum acetosum secundum quantitatem testionis caloris. Deinde post duas horas det ei in potu de hac mediciana. Cuius confectio. Recipe masticis aureum unum et thimi et sanguinis draconis et rosarum rubearum et spodii omnium ana aureos ii et seminis endivie et seminis apii et terre sigillate omnium ana aureum unum. Sumat in potu de ea ℨ iii cum sirupo acetoso aut aqua mellis aut vini leb secundum quod diximus. Et repleatur epar exterius cum gallia et muscata et capparis et thure et spica et mastice et calamo aromatico et aqua malorum et aqua mirti et aqua citoniorum. Et caveat infirmus in hac hora cum eis que adducunt infortitudinem eius sicut pullis et hedis et vitellis ovorum et piscium in alba et subtili. C
Apostematis autem duri signum est quod apparet tactui sub costis res dura et corrumpitur color et minoratur appetitus. Et cura ei est ut in potu sumat diacurcuma et athanasia et trociscos de bdellio quorum confectio. Recipe rosarum rubearum ℨ x spice nardi ℨ ii croci ℨ i lacce ℨ i et semis mirre ℨ i costi ℨ i et semis masticis ℨ ii amigdalarum amararum ℨ ii bdellii ℨ iiii. Resolvatur bdellium cum vino et conficiantur cum eo mediante et fiant inde trocisci et sumantur de eis in potu ℨ iiii cum aqua endivie si fuerit caliditas. Et si non cum aqua mellis aut cum vino aut cum aqua seminis apii et seminis feniculi. Et repleatur cum emplastro quod diximus. C
Oppilationis autem signum est gravitas quam invenit infirmus sub latere dextro sine dolore et non est febris et pruritus digitorum et levitas ventris. Et cura ei est si cum ea fuerit caliditas sirupus acetosus cum aqua endivie. Et si fuerit cum ea frigiditas diacurcuma maior et cum aqua ciceris. Et dimittere cibos crossos viscosos sicut pultes et pheludegi et panis azimi et pedes et caseus et omnia dulcia que habent crossitiem et comedat res cum quibus sunt abstersio et apertio sicut lenticule ciceri et fabas et decoquat ea et ipse cum lacte et multiplicentur sal et fenum tum in pane suo. C
Caliditatem autem complexionis in epate que calida est sequuntur sitis et febris et siccitas ventris multa et pruritus appetitus et asperitas lingue absque gravitate et non est dolor sub costis dextris et iubet aqua valde et cura ei est aqua ordei et aqua citrulorum et aqua cucurbite et sirupus acetosus purus et aqua endivie et aqua solatri proprie et assiduatio emplastrationis epatis cum sandalis et rosis et camfora et non sit cibarium nisi acetosum sicut pisces hezibe cum sucaribeia et infrigidatio ex edis et lactentibus vitulis et herbe tis et agresta et aqua venti frigoris et dimissio vini omnino. C
Malitia autem complexionis frigide est cum solutione ventris et mollitie corporis et corruptione coloris et tumore faciei et paucitate appetitus et rigoris cum gravitate et dolore sub latere dextro. Et cura ei est omne quod calefacit epar ex medicinis et cibis sicut piper et calamentum et zinziber conditum et vinum vetus purum et fixa lu bemina semina et emplastratio exterius cum capparis et spica et squinanto et mirra et costo et vino decoctis vel suppositis. C
Debilitatis non ei tantum signum est egestio similis aque carnium recentium cum abluitur cum paucitate appetitus et extenuatione corporis. Et cura eius est emplastratio cum rebus calidis stipticis ex eis que iam diximus sicut sunt capparis et mastix et spica et thus et nux cipressi et gallia muscata et vinum vetus purum et almusus. Et de medicinis sumat illam que aggregat stipticitatem et aliquantulum caliditatis sicut hec medicina cuius descriptio. Recipe masticis aureum unum et spice aureum medium et seminis apii et anisi ambor ana aureum i et thuris aureos ii et capparis et sipi oris squinanti ambor ana aureum i. bibat de eo pondus ℨ iii cum vino veteri aut cum aqua mentum. Et fiat cibus ei ex ventribus generatis et pullis cum suis intestinis que bene masticeret. Propter eius confortant epar et impinguat ipsum et aqua in qua decocta sunt cuminum et dimissa et piper et filia eius. Et ex eis que confortant omnem egritudinem accidentem in epate ex malitia complexionis aut alius cum proprietate in ipsis mirabili est ut sumatur epar avium exsiccatum et teratur optime et bibat ex eo coclearium unum et est duo aurei cum vino dulci. Et si infirmus habet febrem cum aqua endivie aut cum aqua frigida solum. Confert enim iuvamentum maximum ei qui in epate suo habet egritudinem et iam expertus sum illud sufficienter. C
Ventositatis autem curse que est sub ipso signa sunt

[margin: i. bothe; i. acetoso; i. cardamomum; quod est coclear; i. comedat passulas cum floribus suis prius bene masticaverit eas et vult ut impinguet epar et confortet]

tensio sublate dextro quando mouetur cum digerit
cibi · et sentitio ponderositatis uehementem super ipsum
et extimatur stulti medici quod est oppilatio eius a splene.
Et offertur ei uinum purum forte cum bibit ex eo res
modicum · et minuitur aqua · et miscetur cum eo ut sit
et uinum · et cibi prauitas inflationis · et diminutio in-
flationum sicut bolezi · et compressio super ipsum · et ad-
herentia panni calefacti · et uaporatio eius est
multo · et balneum ante cibum · Capitulum · lxv · de
hictericia quando fit cum propter caliditatem hictericia
epatis multum inse ipso natum · cum quando ipsum calefactum est ex cibis aut medicinis calidis · aut apostemate · aut oppilatione · aut propter multitudinem cole
rubee · aut propterea quia natura expellit eam ad
extremitatem corporis · aut ex morsione animalium uene-
nosorum calidorum · aut propter debilitatem fellis a bat-
tinentie cole · aut propter oppilationem meatus quo
attrahitur colera ab epate · aut propter oppilationem
meatus quo expellitur colera ad intestina. Et
illorum quidem quorum epata secundum naturam sunt calida ·
colores sunt citrini semper · et in albugine oculo-
rum semper est citrinitas · et non accidit inde eis
magnum nocumentum nisi cum illud superfluit in eis.
Et cum eorum est omne quod infrigidat epar · sicut granata
acetosa · et multiplicatio potus aque ordei in
mane · et potus asaurich · et uitatio propriae in die-
bus estiuis · et alienatio ciborum calidorum · et similium
medicinarum et potuum calidorum · Et si potantur
plurimum commisceantur cum aqua · et sit cibus eorum
acetosus ex eis que diximus. Calefactionis autem
epatis ex assumptione calidorum signum est quod apparet ex ci-
bis calidis aut medicinis calidis · aut potu ui-
ni puri fortis aut similibus illius · Et cura eius est
illud quod infrigidat epar ex medicinis et ci-
bis simplicis que diximus. Generationis autem mul-
titudinis cole signum est quod egreditur cum uomitu
et solutione uentris · et hictericia secundum suam dispositio-
nem · Et cura eius est solutio cum decoctione mirro-
balanorum aut cum aqua casei · et cum lacte ace-
toso in quo dissoluta sunt scamonea · deinde
reditio ad cibos extinguentes. Hictericia autem que fit
cum ex oppilatione · aut est ex oppilatione facta in
epate ipso · cuius signum est quod cum hictericia est gra-
uitas in ipso latere dextro · et cura eius est cura
oppilationis que fit in meatu quo trahitur
colera ad fel · aut est hictericia facta propter oppi-
lationem meatus per quem expellitur colera ad inte-
stina · cuius signum est quod accidit hictericia uelociter
fortis cum grauitate parua in epate · et albedine
egestionis · et amaritudine in ore et gutture · et uo-

mitu cole · Et cura eius est ut fiunt cum calidis aqua
endiuie in qua dissoluta est medulla cassie fi-
stule · et oleum amigdalinum dulce · Et si non fuit
cum eo caliditas · tunc aqua apii et feniculi · aut aqua
porri · et aqua petri est conuenientior in his locis · quando
oppilatio in his duobus meatibus · scilicet quo attra-
hitur colera et quo expellitur non forsitan accidit
nisi ex apostemate. Et indiget eo quod resoluat ipsum.
dissoluatur et medulla cassie fistule in succo ca-
ulis et decoctione eius · et distillet desuper oleum a-
migdalinum amarum et detur in potu. Et fel quod-
dam tria habet orificia · orificium adherens epati
et orificium ad intestina · et orificium ad stomachum.
Et oppilatio accidit in tribus meatibus · Illa
ergo que accidit in orificio adherente epati urina
et egestio sunt citrine ad albedinem declines propter
paucitatem effusionis cole ad intestina · et non est
ei uomitus cole in amaritudo propter paucitatem
effusionis cole ad stomachum · Et illa que accidit
in orificio quod est adherens in intestinis · urina
et egestio sunt albe propter paucitatem effusionis co-
lere ad intestina · Et in illa que accidit in orifi-
cio adherente stomacho · urina et egestio sunt citrine
rubee sicut uoluimus propter multitudinem effusionis
cole ad intestina. Illi autem que fit ab oppilatio-
ne meatus quo expellitur superfluitas fellis colerica ad in-
testina propius signum est albedo egestionis · et prurimus
tinctura ei · et difficultas exitus fecis eueniente
cum fortitudine hictericie · Et non est in istis duobus
modis cole illud quod est cum eo quod est ex oppilatione
meatus quo attrahitur colera · Et cura eius est cura
illa eadem · Et offerunt ei propter clisteria in quibus
est acuitas per quam in potu supra fuerit illa que
diximus. Hictericia autem que fit propterea quod natura
expellit eam ad extremitatem corporis est fortitudine
fit post febrem in die critico · et oportet ut iuue-
tur natura ad expellendum ipsum per intrationem in aqua
calida · et sirupum acetosum. Illi autem que est ex
morsu uenenosorum [illegible] cum est similis
in potu lac semper aut oleum amigdalinum ·
deinde aqua granatorum et mucillaginem psillii ·
et aquam citrini uiolarum · et poma acetosa. De
bilitatis autem eorum fellis abatinentie signum
est quod est cum hictericia nausia et uomitus cole sine
grauitate in epate · Et cura eius est cum confor-
tatus epar · fel namque confortatur per communitatem quam
habet cum epate · Et est omnis modi hictericie cu-
rantur in tantum si est eis quibus indigent · tunc curetur
quod remanet in extremitatibus corporis ex eis et balneo
et fugatione per nares aceti fortis · et fumigando alcohol

et cum aqua rosata. **Capitulum .lxvi. de yoropisi.**

Jnal' cum... aqua cal...

Yoropisis non tres habet modos. aut enim aggregatur aqua inuenitur tantum et est ascites. aut mollificatur totum corpus et est yposarca. aut aggregatur in uentre aqua parum et uentositas plurima et est timpanites. Et yposarca quidem est in qua mollificatur totum corpus. et fit ex frigore epatis. et est leuior eorum. et propinquioris curationis et sana...

Jnal' ai

Cuius signa sunt albedo coloris urine. et ... nature. et inflatio palpebrarum et extremitatum. Et cum ei est illud quod calefaciat epar exercitatio quam diximus in capitulo de frigore epatis. et quod prouocat urinam cum fortitudine. et offert ei sepelium in arena calida. et linitur corpus totum luto. et sedeat et sudare in sole post calefactionem epatis. Et quandoque est haec yoropisis successiue potus aque frigide plurime post coitum. aut exitum de balneo. et post motum plurimum. Cum enim accidit in hac egritudine dolor subcostalis ex potu aque frigide. oportet tunc ut in potu tribuat minus parum. et nauseet ei cum eis que ipsum calefaciunt. Cum autem yoropisis perseuerauerit et prolongatur. tunc curetur cum eis que diximus. et est facilior sanatio. Et quandoque accidit haec yoropisis post solutionem uentris longam. aut fluxum sanguinis ex emoroydibus et menstruis.

Jnal' empla strētur

cursu

Et quando est ita. tunc cum ei est illud quod diximus de fortificatione epatis et calefactione eius. et gradatione ad addendum in cibo et odoriferis et somno. et ut retineat uino ut redeat sanguis. et fortificetur corpus. et redeat ad dispositionem suam. Et quandoque accidit post magnitudinem splenis secundum quod dicemus. Et cum ei est studium in splene secundum quod dicemus. Et quandoque accidit in pro frigore epatis ex intimis membris ei cum infrigidantur. sicut stomachus. et intestinum ieiunum. et pulmo et diafragma et renes. Et accidit in multitudine exitus sanguinis sine menstruis. et ex retentione eius. Et cum ei est illud quod diximus de calefactione epatis et fortificatione eius intimius et extimius. et quod prouocat urinam secundum quod diximus.

retinetur

De ascite. Ascites autem accidit et apparet calidus in epate. et febre. et rubedine aque. et est de ... eorum. Et cum ei est oppositum eorum apparentis calidi in epate cum cum yoropisis. Curetur ... isti cum aqua endiuie et siruppo acetoso quandoque. et est eo quod euacuat aquam preter quod calefaciat plurimum. sicut cum aqua centauree. et infusione mirobalanorum et diacassie de berberis. Et quandoque fit ex apostemate duro. et tunc est cum febre in rubedine in aqua. Et cum ei est illud quod diximus ex medicinis aperientibus opilationem. et resoluentibus

Jnal' ... aqua

apostema eius. sicut diacurcuma. et dialacca. et oxizacchara de costo. deinde ista post quam solutio facta fuit cum foliis mezereon. et ex adbulso et eufforbio. et silicato cucumeris asinini. et mirobalanis citrinis et yris. et capparis. Administrentur ista secundum quantitatem sedationis caliditatis et commotionis eius. deinde item prouocantia urinam quandoque et ista quandoque. Et si uis. da ei in potu ex lacte lene ... in omni ebdomada dosim unam. Et in eo quod est inter illud ex diacurcuma magis cum decoctione seminis apii et seminis feniculi. Si autem incrassatur res. incide sub umbilico.

De timpanite. Timpanites autem fit ex aggregatione aque pauce que descendit in uentrem. et uentositatis plurime. Et fit post caliditatem in epate. et est aqua cum ea rubea secundum plurimum. et ... dit enim inflatio assidua in uentre. et est difficilis resolutionis. et difficilis curationis. Et cum est dispositionem post solutionem uentris leuem cum facilitate exercitii que non plurimum calefaciunt uice una. et cum aqua grammatorum et infrigidantibus epatis uice alia. et cum eis que euentuare faciunt. sicut est masticatio thuris et cimini. et infusio cum aceto squillitico. et quod extrahunt uentositatem intestini. sicut hoc medicinum cuius confectio. Recipe cimini et baurach. et folia rute. conficiantur cum melle. et supponant cum coto in die multociens. et fricetur uenter et emplastretur. et non comedat inflatiua omnino.

Capitulum .lxvii. de egritudinibus splenis.

Egritudines splenis aut sunt debilitas eius ab attinentibus melancolie. aut magnitudo ipsius. Et magnitudo eius fit aut post febres aut cum febre. aut sine febre. et est aut ex apostemate duro uehementi. aut sine illo. aut est inflatio eius sola.

Jnal' antiq. diuu ueheme aut sine illa.

Debilitatis autem eius ab attinentibus melancolie signa sunt corruptio coloris. et conuersio eius ad nigredinem. et conturbatio albuginis oculorum cum casu appetitus. Et cum ei est positio uentosarum super splenem sine incisione uice una. et emplastretur cum medicamine confortante splenem alterum. et fricatio eius. et commotio ipsius cum manu. et equitatio et exercitium. Magnitudo autem eius facta cum febribus apparet tunc tum in latere sinistro. Et cum ei est diuersa de rosis. et siruppus acetosus. et ut nauseet cum aceto forti secundum quod narrabo. Congestionis autem que fit successiue febris cum est diuersa de agno casto et siruppus acetosus pluris radicum et seminum. et nauseatio cum aceto in quo bulliuerit radix ... et ... Et fit magnitudo eius sine febre. et est aut antiqua dura uehementis. aut in fine huius. Illi

aut que non est durum in antiquis sufficiunt trocisci de
agno casto secundum quod narrauimus · et similiter uapo
ratio quam diximus · antiquis uero in igne duratio ap
paritio sensui ualde manifesta est · Et cum ei
est trocisci de capparis et aqua indiani et sirupus a
cetosus acetositatis citri et plurium seminum
et uinum aniseti · forte purum · et dimissio aque olei
aut bibere extra mictum quam possibile est · et em
plastrare ipsum cum emplastro de amoniaco · aut em
plastro de cinere · aut emplastro de sulfure · et dimit
tere dulcia et cibos qui faciunt bibere aquam · et co
mestio capparis cum aceto · sed ei ieiuni amabiliter
non · Et offert omnibus doloribus eius non illis que sunt
ex inflatione · flomia basilicon ex sinistro · et
saluatelle · Inflationis autem eius signum est tensio
sub latere sinistro cum aperitur non duro quod fit pla
num quando super ipsum fit uehementer compressio post quod do
leat · et quandoque peruenit ex eo cum uehementer premitur
desuper · eructuatio aut rugitus · Oportet ei est
sumere puluerem nasturcii · et uinum uetus · et
dimittere omnia que inflant · et ponere uento
sas cum igne super ipsum · Capitulum · lxviii · de fluxu

Fluxus uentris fit aut cum sanguine uentris
et sanie · aut sine sanguine et sine sanie · Et
ille qui est sine sanguine fit aut propter debilita
tem epatis ab attractione aut propter debilitatem sue
digestionis · aut quia currit ex eo colera acuta ad
intestina aut propter uelocitatem descensionis cibi a
stomaco et intestinis · Et illud fit aut propter
multitudinem flatus in eis aut propter repletionem in
eorum et mollitiem ipsorum · aut propter lubricitatem acci
dentem in eis · aut propter bothor in superficie eorum ·
Et quandoque fit fluxus uentris ex multitudine
effusionis colere ad os stomachi · et ante effusa exci
pere ad stomachum · aut propter multitudinem cibi · aut
quia est solutiuus in natura sua · aut propter errorem or
dinis eius · aut propter motum post ipsum · aut propter mul
titudinem potus aque super ipsum · aut propter putredinem
resolutionis corporis · Ille autem qui fit ex sanie
et sanguine · fit aut propter dubelati quod rumpitur
aut propter uenam scissam · aut propter debilitatem epatis ·
aut propter excoriationem accidentem · et excoriatio
aut fit in intestinis superioribus · aut in inferio
ribus aut in ano · Accidens autem a debilitate
epatis ab attractione · fit absque sanguine · Et
signum eius est fluxus albus et turpis · et quod molle
sit corpus cum eo · et minoratur sanguis in eis
eis · et attenuatur color et albificatur · Et cum ei
sunt electuaria aperitiua sicut diaprasion et
diacalamentum · et uinum purum forte prius grantatum
et emplastra confortatiua epatis · et positio uentosarum
super ipsum uice una et iterum emplastra alia · et cibi
qui sunt ueloces penetrationis · Fluxus autem qui fit
ex multitudine effusionis colere acute que currit
ab epate signa sunt quod fit post febres adhu
rentes aut post acceptionem medicinarum acu
tarum aut uini puri · et dominium quod calefaciunt
epar et ingrossant ipsum et faciunt sequi cum pro
longant excoriationem · Et cum ei est sumere
in potu aquam sandali decocti · aut sandali de
granis granatorum · aut trociscos de acetosa ·
et lac acetosum decoctum cum lapidibus et ferro
ignito · Et quando prolongatur hec egritudo et eadit
inter · et uideris quod in eam non ualet medicamen ·
tunc cura ei est cibare eum ex mucis lenibus
pinguibus in die multotiens · cum do ei iter
coclearum pauci · Uelocitas autem descensio
nis cibi a stomacho et intestinis fit aut propter motum la
boriosum post cibum cui cura est somnus et quies
post comestionem · aut quia cibus in se ipso necessario
sit illud · quando est lubricus uiscosus subtilis
aut pinguis · aut plurime quantitatis · aut
in ipso est uirtus solutiua · Et cura omnis spe
ciei huius est ut opponatur ei cum suo contrario · Aut
fit uelocitas descensionis cibi propter stomachum et inte
stina · Et illud fit aut propter multitudinem fla
tus in eis · cuius signum est fluxus albus · et multitu
do spumi · et paucitas nausie · et sitis · et uox
flatus · et exit ei cum cibo · et omnino egestione est
eis · et egestio in qua non est plurima alteratio ·
Et est eius cura uomitus et post lxix · deinde
electuaria agregantia stipticitatem et calidita
tem ex eis que diximus in capitulo stomachi · et simili
ter cibi · aut propter mollitiem mistus · et repletionem ei · cuius
signa sunt hec signa · preter quod cum eo non est uox
flatus · Et ei cura est exsiccatio · et electuaria
que diximus post uomitum et solutionem · aut propter bo
thor in eis · Cuius signum sunt quod excitatur post cibum
dolor in stomacho et intestinis in loco in quo non sue
uerat ante cibum · Cumque cibus descendit ab il
lo loco · sedatur ille dolor · et commouetur in loco
alio inferiore illo · deinde sedatur · et non cessat
permutari secundum hoc · et quod est in egestione mirus sub
tile · et cibus est cum sua dispositione non alteratus omnino ·
aut non alteratus plurima alteratione · Et cum
ei est cibi acetosi stiptici sicut ribes et granata
acetosa · et citonia pirie · et sumac et trocisci
de acetosa · et puluis manu superposita de granis gra
natorum · et puluis lubricantis intestinorum
de seminibus sicut supra · aut propter lubricitatem que

·1· sulatu

·laur

·tal' enlida

·mgre

nec egestio

accidentem inscriptione stomachi et intestinorum. Cuius si-
gnum est exitus ciborum non alteratorum aut parum alteratio-
nis. Et illud quando sunt veloces exitus et totaliter
cum proprie si movetur infirmus. Si autem infirmus
non moveatur sunt tardioris exitus et sentit
gravitatem cibi descendentis subito precipitati
ad inferiora sicut lapis cadens. Et cura ei est ex-
siccatio cum electuario de silliqs et electuario
de thure et electuario de gallia et commistio a-
que calide et administratio aque vini frigoris
et sume pulverem manibus asaurich bone fri-
xionis et proprie asaurich de gummis granatorum
et alga berte et similium. Fluxus autem ex multitu-
dine effusionis colere nigre ad os stomachi signum
est quod commovet eius appetitum et invenit cum hoc
mordicatio in ore stomachi et acetositatis in eo et
sedatio illius apud comestionem aut apud potum
purum olei et non sequitur cum cibis non unctuosis seda-
tione quam habet cum unctuosis. Et cura ei est sir-
flomia basilicon et solutio cum decoctione epi-
thimi et positio ventosarum cum igne super sple-
nem. Et similiter sequi ipsum cum medicinis con-
fortantibus ipsum et assiduatio pulveris de epi-
thimo et immane sume aliquid sorbitionis
unctuose. Fluxus vero ex catarro capitis est
signum est quod fit post somnum et dulcitate catarris.
deinde retinetur venter dum pervenerit hic cingu-
lans. Et cura ei est abrasio capitis et fricatio
ei cum panno laneo aspero et linitur ipsum est eis
que invenient sicut diximus in capitulo tussis et quod di-
cemus in tractatu huius libri et sternutatio et
gargarismus et committere somnum super crudis
post repletionem cibi et vomitus post expergefactio-
nem a cibo cum aqua calida. Ille autem qui fit
propter multitudinem cibi non fit nisi quia virtus appe-
titiva fortior est retentiva. Cuius signum est vehe-
mentia appetitus absque mordicatione oris stomachi.
Cumque comedit secundum appetitum gravat eum quousque
solvit naturam. Et cura ei est ut ministretur co-
mestio cum quantitate que non solvat naturam. Et
si ledit propter vehementiam appetitus accipiat cum
comedit ex luto anisi vino re modicum aut
ex cibo dulci unctuoso bucellam et exprimat
carne proprie. Ille autem qui fit propter errorem in
ordine est quia antecedunt ante cibum res que ve-
locis exitus quia propter illud festinat exitus cibi.
Cuius cura est alteratio illius ordinis. Ille autem
qui fit propter multitudinem potus aque super cibum
cura est minoratio aque et tarde currere ad som-
num et bibere vinum purum et in festinet sedatio

sitis. Ille autem qui fit propter paucitatem resolu-
tionis corporis signum est multitudo carnis et
paucitas appetitus et longitudo quietis et omnis
sic motus. Et cura eius est exercitium et fricatio
et sudatio in balneo. capitulum lxviii de excoriatione et
Fluxus autem qui est cum sanie et sanguine tenasmo
aut fit ex dubelati quando rumpitur et illud et similibus.
fit autem ex pensis et perveniet aut subito plu-
rimum ei aut paulatim aut propter venam ruptam
aut propter debilitatem epatis a digestione aut propter
excoriationem. Et excoriatio fit aut in intesti-
nis superioribus aut in inferioribus aut in ano. Il-
lius autem qui fit propter dubelati quando rupta est sig-
num est quod antecesserunt febres et dolor et gravitas
et apa in quibus erat in ibi vacuitatis ventris.
deinde sequitur sicut dolor et pulsatio et reman-
sit gravitatis. deinde accidit ei tremor subi-
to et alleviata est illa gravitas. Et cura
ei est si fuit illud quod accidit residualis plurima
debilitans infirmum ut detur ei brodium de aqua
carnis et parum vini et tortelle comestibiles et ad bi-
bendum ei bonum odorem ut non cadat virtus ei ita ut
cum minorat ei ego detur in potu aqua mel-
lis vice una et medicamen incarnativum ulce-
rum intestinorum vice alia donec consolidentur.
Ille vero qui venit paulatim fit in post exiturus
in membris que non habent meatus amplos equales
sicut pectus et similia illi et de eis que non perveniunt ad
stomachum et intestina in meatu amplo. Et signa
ei sunt ista eadem signa premissa. Et oportet
ut consideret ad quod latus expellat natura illam
saniem et adiuvet si fuerit ad partem intestinorum
cum solutivis lenibus sicut aqua mellis et aqua zucca-
ri si fuerit cum eo caliditas et si fuerit ad partem urine est
solutivis seminis apii et feniculi et dauco et similibus
de illis que provocant urinam cum lenitate ita ut
cum minorat quantitas ei detur in potu in-
carnativa una vice et aqua mellis vice alia
secundum quod diximus. Fluxus autem factus ex debilita-
te epatis a digestione signum est egestio similis aque
carnis recentis cum ablutis. Et iam diximus
signa ei et curam eius in capitulo debilitatis epa-
tis. Excoriatio autem alia est mala putri-
da antiqua et alia cum qua non est putrefactio et
alia est que fit a colera et alia est que fit a flamate sal-
so et alia est que fit a colera nigra. Et illa que
de istis accidit alia est que fit in intestinis su-
perioribus et alia que fit in intestinis inferioribus.
Et signa ei que est ex colera facta in intestinis su-
perioribus sine putrefactione sunt pervenitur in

vel bibit parum olei sive alie

in aliis illud non consequendo ipsum cum medicinis

in aliis deinde mordicatio

uentris. et egestio in qua sunt uiscositates et mu
cillago. et dolor super umbilicum. et quod descendit
fex post dolorem et punctum post horam unam. Et cum
illa in qua est de mucillagine et sanie et sangui
ne quod est uehementis commixtionis cum fece. descendunt
cola et fiunt cum ea tristitia et sitis. Et cura eius est
semina lenientia. et puluis qui manu fiunt de
bolo. et aqua de sumach decocti cum gummi arabi
co. et lac acetosum extinctum cum ferro. et cibi facien
tes gluttinationem et stiptici sicut uitelli ouorum
et risi impinguatum cum adipe renum edorum. et
sumach et agresta. et sumach algorem (?). et si
mich anabyc (?). et omnia que diximus in capitulo eorum
colice. Ille autem que fit in intestinis inferiori
bus signa sunt quod dolor est in inferioribus umbili
ci. et sequitur exitum fecis punctum. et est non uehe
mentis commixtionis cum mucillagine et sanguine.
Et cura eius est omne quod diximus de clisteribus sedan
tibus finientibus gluttinantibus. Excoriatio
nis autem fiunt ex flate salso signa sunt quod fit
post coctionem et cum ira. et non est cum ea in egestione
sanies plurima. neque cola. neque rubedo. neque uiridi
tas simo sua et uiscositates. neque acuitas que est
que pungat ea. et uentositas est cum est plurima.
Et cura eius est semina acuta. et nasturtium de
coctum cum aqua et oleo. Et cauere cibus est eius que di
ximus in capitulo prohibitionis cursum. Et si fiunt
in intestinis inferioribus. ponantur clisteri tesca
lefacientes pauca de illis quas diximus. et non ponatur
clisteris sedatiuum quod non infrigidat. Fracta autem
ex multa est mala cronica. Et signa eius sunt punc
tum assidua. et egestio nigra ex qua sunt bul
lie. et odoratur ex ea odor aceti. Et hec excoriatio
si antiquatur non sanatur. Si uero fiunt non antiqua. tunc
cura eius est sumere in potu semina lenia calida.
et decipiantur in hac excoriatione res acetose. et de
tur facientes gluttinationem sicut uitelli ouorum
et risi cum adipe caprino. et cum amigdalis tritis
et cum papaue. Et omnes excoriationes que sunt in
intestinis inferioribus. indigent cum medicinis
sumptis de super clisteribus. Ille autem que fiunt in in
testinis superioribus. parum confert clistere. Il
la autem excoriatio que est cronica putrida siue sit
flatica siue putrida collica. siue melica. in
diget clisteribus acutis ex eis que diximus. et medi
cinis que abstergunt intestina. et eis que consolidant
alia. Excoriationis autem que in ano fit. et est tenas
mon signa sunt frequentia assellationis pauce
sicut sputum ubi grossum cum colore lodeutur ex ani.
Et illud cum quo egreditur egestio non est permixtum

cum fece. Et iuuantur balnea cum suppositione colli
rii plus quam reliquis curationibus. et ego dicam col
lirium tenasmon. capitulum lxx de colica.

Fit autem extenuatio fecis aut extenuatio uentosi
tatis. Et retentio quidem fecis fit ex uentositate
siccitate. Et siccitas fit aut propter siccitatem cibo
rum. aut propter paucitatem quantitatis eorum. aut multitu
dinem exitus urine. aut uehementiam caliditatis cor
poris. aut multitudinem laboris. aut uehemen
tiam caloris aeris. aut propter uehementiam caliditatis
aeris uentris. Et similiter retentio fecis propter
paucitatem effusionis cole ad intestina. aut quoniam
super ea est sua uiscositas plurima inuestita sit
ea. et hoc est illud quod plurimum fit. aut propter siccita
tem ipsorum intestinorum. aut propter … eorum. aut propter
destructionem sensus eorum. Ventositatis autem
retentio fit aut propter multitudinem quantitatis ei.
et fit multitudo uentositatis aut propter cibos infla
tiuos quorum quantitas est multa. aut propter superflui
tatem cibi plurimam. aut propter debilitatem caliditatis
tis uentris. aut propter contractionem uentositatis
inter duas tunicas intestinorum. aut propter adhe
rentiam … plurimi et lapidificationem eius alie
partis post aliam. aut propter colericam … cum fiunt
adueniunt. quare inflat ipsum. Et retentio fecis
propter siccitatem ciborum. curatur post comestionem glan
dium et risi. et lenticulis. et similium. Et cura eius est
ut eger in potu sumat sirupum uiolatum aut
iuleb aut decoctionem ficuum. aut rob dulce.
aut oleum sisaminum in quo dissolutum est … cen
to iuleb quantum ipsum est super ignem. aut penidiorum.
et supponatur collirium factum ex alsefina. Et sint
cibi unctuosi dulces mollificantium. Ille autem que
fit ex multitudine exuberantie urine signa sunt que
fit post multitudinem urine. Et cura eius est come
dere carnem pullilorum … et uitulos et pi
sanos fractos cum … et bituminum coctum. et
butirum … et penidios. et assiduare accepti
onem medulle cassiefistule. et sirupum uiolatum
et pruna infusa in iuleb et similia de illis que mouent
uentrem cum opilatione meatuum. Illa uero que est
propter uehementiam caliditatis uentris signa sunt perpetue
initia sitis et siccitatis fecis semper. Et cura eius est
assumptio fructuum lubrificantium … aut
cibum sicut sunt pruna. et sicut … et uue. et cito
nia et similia de illis que … et humectant
uentrem. Illi autem que fit propter uehementiam caliditatis
aeris. aut propter uehementiam laboris. aut propter multi
tudinem sudoris in balneo. aut aliis signa sunt quod
retinetur fex. et desiccatur post cibos. sicut post istos.

Et cum ei sumere cibos lubrificatiuos unctuo
sos multe quantitatis · et fructus humidos · et aliud
acetum et dimittere laborem · et ungere corpus cum
cera et oleo · et intrare in aquam frigidam. Ille uero
qui fit propter uentositatem colere signa sunt punctiones fe
cis in omnibus cibis sumptis · et siccitas ei semper
plurima · et multitudo sitis · et uehementia ap
petitus · Et cum ei est assumptio ciborum grossorum
unctuosorum · et ungere manifestum corpus cum cera
et oleo rosato · et intrare in aquam frigidam. Ille uero illi
qui fit propter siccitatem ipsius intestini signa sunt extre
nuatio inferioris uentris · et subtilitas eius · et ut
non inueniatur siccitatis eius · et difficultas exitus
eius · et cum ea sitis · Et cum ei est potus olei ante
cibum · et introitus in aquam calidam · et administra
tio uini dulcis et ciborum unctuosorum. Illa autem
que est ex flatu grosso aggregato in intestinis et
stomacho · et est illa que plurimum fit signa · sunt quod fit post
satietatem nausiatiua plurima · et retinentur fex
et uentositas eius · et multiplicantur et fetet eruc
tatio desuper · et multiplicatur nausia · et fortis
fit dolor · et sudat sudore frigido. Et cum ei est
ut in hora quo potissimum sanantur cum clisteri
solutiuo leni · Si igitur sufficit bonum est · Et si non · cum
solutiuo medio · Et si sufficit · bonum est · Et si non ·
cum acuto solutiuo · Et deinde electuarium de duc
tis · et electuarium diacitoniten solutiuum · et pille
de mangranatis et pille albe · Iste enim albe ual
de ueloces sunt in soluendo uentrem. Inde autem q
non est potissimum · caueat sibi a satietate nau
siatiua · et assiduet comestionem electuarii di
acimini · et utatur in cibo suo cimino habito ·
et dimittat fructus humidos · et euomat cum aqua
et melle cum repletur cibo · et sit ei secunda mensa ex fi
cubus siccis et nucibus et fisticis et pineis et nuce
moscata · Et uinum ei sit purum · nec amarum ·
et decoctio eius sit ex citrullis et aqua salsa · et si
cla · et omnibus que soluunt uentrem · Et dimit
tat sumach et lentes et granata cum granis su
is et agrestum et similia illis. Et diminuet mul
titudinem potus aque frigide ipse · et uinum acetosum · et
nouum et assiduet infusionem aloes cum oleo de
licata et aquam indicam secundum quod narrabo in se
cundis fiat antequam si deus uoluerit. Illa uero
illa que fit propter punctiuitatem effusionis colere ad inte
stina · et accidit ex ea difficultas exitus fecis ·
signa sunt albedo egestionis cum difficultate exi
tus eius · et inflatio uentris · Et cum ei est illud
quod diximus in capitulo dysenterie que est ex opilatione
meatus inferioris · et ut ponantur in cibo cimini

et sinapis · et sic minuatur · aut distillet in eo
de lacte ficus stille aliquae · et sumat ante cibum o
liuas aque · et siclam cum sinapi · et comedat medul
lam cucumeris cum ficubus · et sumat grana de anete
ante cibum. Illa uero que est ex apostemate in intestinis fit ex
apostemate calido tantum · Et signa ei sunt febris
et sitis · et uomitus colere · et inflatio maxima in su
perioribus uentris · et pulsatio in uentre · Et si fit
fortior · euomit infirmus fecem · et sit anelitus eius fe
tidus · et quandoque est eructuatio eius fetida · et corpus
totum similiter. Et est colica que nominatur yleos · et
expositio est domine miserere · et aqua pura est
ei curatio si confirmatur · In initio autem rei oportet
ut flebotometur basilica · deinde safena · deinde
coquatur aqua endiuie · et aqua foliorum cucurbite
humide · et aqua foliorum altee · et malue in qua
dissoluta est medulla cassie fistule · et fundatur de
super oleum amigdalinum dulce · et lauatur locus
cum oleo anetino · et oleo camomillino · et sorbeat
ex iuuibus herbarum lenium · et ex decoctione ciceris
et aneti · et sorbeat cum coriandris et aqua
psillii · et clisterizetur cum aqua ordei et aqua al
tee et rosarum · Et si fortior fit siccitas · clisterizetur
cum aqua ordei et rosarum · Et si fortior fit infla
matio · clisterizetur cum aqua ordei et albugine
oui et mucillagine psillii · et cum clisteri infrigidan
te quod narrabo · et sumat in potu mucillaginem
psillii · et aquam citruli et similia de hiis que extin
guunt donec sedetur inflammatio · deinde rede
at ad leniendum apud cum lenitiuis sicut sunt muci
lago fenugreci · et seminis lini · et rosarum · et altee ·
et oleum sisaminum et oleum amigdalinum. Et fit
et ab humoribus malis et adherentibus · et sic est eo
uomitus plurimus frequens · et non quiescit quod est in
concauitate uentris · et inueniunt punctionem et do
lorem · et aqua · in superioribus uentris eius · et commoue
tur post comestionem · et non sedatur nisi est uomitu et
sunt cum ea tristitia · et frigus extremitatum
quandoque · Et cum ei est cum yleos · Et uersa sit il
le secundum quod diximus in capitulo stomaci · Et fit ex
extorsione intestinorum superiorum · et ex siccitate
stercoris in eis · Et cum eius est sirupus uiolarum
cum scammonea aut oleum uiolatum. Colica autem
uentosa est sicut illa que accidit ex cibis inflatiuis
cuius signa sunt · quod est rugitus in uentre · aut
augmentum quod non sanatur nisi est desuper uehementer
comprimitur · et dolor difficilis ledens in umbilico
et eructuatio difficilis plurime quantitatis · et rete
tio uentositatis · Et si ingreditur ex ea aliquo
non egreditur cum quantitate que sedet dolorem u

vehementem. Et quandoque est cum hoc lenitas. Cum ergo inveneris ventrem lenem aut equalem et dolorem vehementem, tunc colica erit ventosa fortis. Si ergo fuerit post multum usum fructuum et herbarum, tunc cum ei erit ut in potu detur de electuario diacimino cum aqua in qua bullita sunt ciminum et carui. Si ergo sufficit, bonum est. Et si non, tunc detur ei confectio de gemmis lauri. Et si fortior fit dolor in dispositione, tunc detur ei filonium, et detur ei in potu vinum purum vel quando est ieiunus, et sit calefactum, et calefiat mirice ei, et liget super ipsum pannum, et prolonget somnum, et non comedat aliquid tribus diebus si potest illud tollerare. Et si tollerare non valet, comedat buccellam panis infusi in vino veteri, et caveat ne bibat aquam frigidam; dolor namque commovetur post potum eius. Et si iam secuta fuerit, tunc ingrediatur tinam quando commovetur dolor, et exeat ex ea quando debilitatur, et inungatur venter cum oleo quod exsiccet ventositatem ex eis que diximus, et suspendat super eum olulam parvam cum igne. Et clisterizetur cum clisteri quod exsiccet ventositatem, et supponat suppositorium quod exsiccet ventositatem. Ita ut cum sedatur dolor totus, redeat ad cibum paulatim, et comedat exunt alis ficedulegi, et devitet aquam frigidam diebus multis, et ponat in vino suo galangam, et sit purum vinum eius, et caveat ab herbis et fructibus huiusmodi et generibus inflativis, precipue apiis et moris rubi, et cucurbita et citrulis et consimilibus et similibus, et caveat plurimam commixtionem vini colati et austeri. Et similiter est cum ei quod est ex multitudine cibi. Illi autem que fit ex constrictione ventositatis inter duas tunicas intestinorum signa sunt vehementia doloris, et quod non egreditur ex ea ventositas omnino, et quod non mugit per compressionem factam desuper. Et confert huic cum tota et precipue abstinentia a cibo, et compressio ventositatis, et vaporatio super locum doloris, et unctio pinu. Et illi que fit ex flatu quod paulatim resolvitur et inflat signa sunt quod sedatur dolor quandoque et commovetur post duas horas aut tres. Et quandoque commovet eam vaporatio. Cum ergo videris eam vehementer dolorem post vaporationem, tunc dimitte vaporationem et precipe infirmo ut prolonget somnum, et calefiat in mediis, et dimittat cibum die una. Deinde vaporetur et suspendatur olula cum igne. Si ergo sedatur dolor, tunc illud est conveniens. Et si commovet ipsum, tunc amministretur somnus et minoretur

cibus ut digeratur illud flatum, et exsiccetur et resolvatur paulatim et non redeat. Illi vero que fit ex melancolia que effunditur ad ventrem et inflat ipsum signa sunt acetositas eructuationis, et inflatio ventris subito et dolore vehementi. Et cum ei est in hora quidem paroxismi, ut decoquantur cum aceto fructi calamenti et ciperi et ruta et origanum et gruma nigra, et fiat vaporatio cum eis, et limbucat aquam calidam in qua decocta sunt ciminum et carui, et clisterizetur cum clisteribus exsiccantibus ventositatis. In hora autem in qua non est paroxismi, fiat cum assiduitate potius decoctionis epithimi, et omnium que educunt meliam. Et quandoque fit a multitudine serpentium et vermium inventium, et transiliant in eo et involvunt cum stercore, et generant agitationem facientis nausiative, et comestione ciborum putrefactione. Et sunt trium specierum: longi qui sunt in intestinis superioribus generantur, et lati qui sunt in intestinis grossis inferioribus, et nominantur semina cucurbite, et vermes parvi qui plurimum sunt in intestino recto quod sequitur anus. Et significatio eorum est multiplicatio cibi, et quando non comedit moriuntur, et accidunt multitudinem eorum in ventre accidentia mala timorosa. Et cum eorum est eiectio ipsorum cum eis que interficiunt eos ex medicinis amaris: longos vero interficit absinthium, latos vero interficiunt feselium et lupini amari et nasturcium et alebregi, et decoctio eius est bibitur. Et illi qui sunt in ano curantur cum involvitur lana infusa in vino et supponitur.

De egritudinibus renum. capitulum lxxi. de egritudinibus renum.

Egritudines renum sunt apostemata et lapis et calefactio renum et macies eorum et debilitas ipsorum et corruptio sanguinis et difficultas urine facta ex eis. Lapidis vero in renibus signum est quod dolor eius est similis dolori colice. Et illud quando non cum eo constringit et commovet nausiam et invenit dolorem in ylis. Propter quod ut distinguatur inter ipsum et inter colicam per urinam, cum est in ea sicut arena, aut de consuetudine egri est ut mingat post huiusmodi dolorem lapidem, aut cum inveniatur ante illud per aliquos menses urinam nigram est que fuit dolor in eam, tunc est lapis. Et si non fuerit aliquid horum signorum, tunc dolor post satietatem nausiativam est significatio colice. Et nausia cum colica plus est, et locus doloris ventris in colica est amplior et ad anteriora declinior. In lapide autem que est in renibus est locus ei

Marginalia: egro — g n bibat aq frigidam — In al. firmat dolorem — In al. absque dolore vehementi — i. nigella — tal. et maru — In al. cancel et mi uden albu — i. seina ... se guerengo et albe et sue ... simila ... rubella — In al. sinarpis

minor et ad positionem declivior. et iterum dolor co
lice permutatur. dolor vero renum non permutatur. Et
iterum significatio lapidis renum est dolor in ca
num et ylius et emulectorius cum gravitate et opila
tione eius que sit suspensum aliquid in eas. Et cu
ra lapidis in renibus in hominibus compositionis eius do
loris est ut ingrediatur eger tinam et inun
gat dorsum et ylia cum oleo alkeiri tempore inunc
tione. et commoveat alcatim. et equitet animal non
suavis incessus. aut saliat super pedem unum et
descendat de gradu ad gradum donec excommo
diatur lapis in urina. Si ergo sufficiat illud
bonum est et si non. sumat in potu medicinas que
lapidem in renibus frangunt. et redeat ad ingressio
nem sue. quod est aliud ab isto. et impleat cannu
et ylia eius cum arthemisia et centaurea. et fenugreco
et semine caul. et coctis cum mediis cappanis
decoctis. et dabis ei in potu postea medicinas
frangentes lapidem in renibus. et addes eas oleum
amigdalinum. et aqua malvarum. et precipies ei ut
saliat post illud aut descendat de gradu ad gra
dum. et da ei in potu de medulla cassiefistule cum
oleo amigdalino. Illud enim lubricare facit
lapidem. Cum ergo egreditur lapis in urina et
non sequitur ipsum emissio sanguinis. tunc est incolu
mis. Et plurimum illi fit cum lapis est levis per
virtutem fortem quandoque sequitur ipsum emissio sanguinis.
cuius cura est ut in principio detur tunc de medicamine
conferente excoriationi renum et emulectorior. et
flomentur basilica usque quo sanetur. Et quando
pervenit lapis in meatu virge. et illud fit
quando est ei magnitudo. et accidit ut egrediatur in
latitudine. oportet tunc ponatur virga in aqua ca
lida. aut embrocetur cum aqua et oleo calidis.
et fundatur in meatu oleum violatum cum muci
lagine altee. et fricetur locus in quo continetur la
pis. et expellatur ad anteriora una vice post ali
am donec egrediatur lapis. Sed si dolor for
tior fiat. et locus apostemetur. et non egrediatur
hac curatione. tunc inferius subdeo findatur vir
ga et extrahatur. Custodia vero a lapide est con
gregatione eius in renibus. est per diminutionem ci
borum viscosorum. sicut casei. piscium. et panis azimi.
et dulcium crossorum. et assiduatione seminum
mundificativorum renes. et sirupi acetosi plurium
seminum. et medicinarum que frangunt lapidem. et
lenificatione excessus que diximus. et abstinentia
a sompno longo super collum. et longitudine strie
tione cinguli. et multitudine equitationis.
et labore dorsi. et utitur vomitu cum est repletio.

Capitulum 4. Apostema autem in renibus sequitur in principio suo febris
permixta non habens paroxismum cum compilatione
et sentit infirmus cum iacet quasi gravitatem suspensam
in eius ventre. Et cum ei est si calidus febris que est
cum eo fuit vehementis fortitudinis. quia for
tasse non sit nisi intus. flobotomia basilice. et dare
in potu aquam ordei. et medicamentum de seminibus
frigidis. et sumere in potu aquam cucumerum et aquam me
lonum indorum. Cum ergo feceris illud ebdomada
una. et levius fuerit febris. et non sanatur infirmus. tunc
incipe aliam curam. et est illa que fit quando febris que est cum
eo non est calidioris plurima. et da ei in potu se
mina maturativa ex eis que diximus. sicut se
men altee. et semen lini et similia. et fac emplastrum
alcatim cum fenugreco et altea. et emplastra ma
turativis ex eis que diximus. Cumque sedatur do
lor totus et remanet gravitas. tunc precipe
egro ut saliat. et ut descendat a gradibus cum
velocitate. et commoveat cannum suum. et per ite
ipsum si non incipit mingere saniem. Si vero sani
em mingit. excusatus ab his. Cum ergo mingit
saniem. tunc iniice super ipsum cum seminibus
mundificativis vice una. et cum consolidativis
ulcerum renum vice alteram donec sanetur. Et
apostema vero in renibus contingit ad unum trium modorum.
aut est exsiccetur et sanatur eger. aut collectionem
faciat saniei et mingit eam. aut fit apostema durum
quod est deterius eorum. Et signum eius est quod remanet
gravitas cum aliquanto dolore in cannum. et mi
nuitur quantitas urine. et incipit venter infla
ri. et fit ydropicus secundum dies. Et cura quidem
eius est difficilis. curetur tamen secundum dispositionem cum assi
duatione emplastrorum resolutivorum suppositorum
alcatim et dorso. et sumat in potu semina le
nientia ex eis que diximus. Diabetes autem que fit ex
caliditate renum. et est diarria urine sequitur sit
sitis fortis assidua. et non humectatur os eius cum
bibit aliquid. et mingit semper post potum aque.
et urina est alba subtilis quasi sit alba aqua. et ex
tenuatur corpus. et minoratur caro eius. et si non suc
curritur. convertitur velociter ad ethicam. Et cura eius est
in principio sue inceptionis. ut sit eger in loco
frigido humidi aeris. et dormiat resupinus
super terram. et super lectos frigidos. et ingrediatur
ter in die in aquam frigidam. et impleatur inferio
ra sui dorsi cum psillio commixto cum aceto. et san
dali et aqua rosacea. et sumat in potu de trociscis
diabetis cum aqua granatorum acetosorum. et sit
cibus eius ex sumac et agresta. et quod sunt illis similia. et
sumat in potu aquam ordei cum oleo amigdalino.

·4· cistitis

·5· egritudinis ·iii·

et diminuitur de eo quod urinam provocat. et sorbeat sor
bitionem factam ex amilo et oleo amigdalino et zuc
caro. teneat in ore pillulas sitim sedantes aut
frustrum masal. aut aliquid acetosum ut sedetur

[margin: i. pillule magne facte ex lacte camelino et fa rina ordei et similibus acetose]

sitis ei. Congelatio autem renum signa sunt dolor in dor
so non fortis cum extenuatione corporis et paucitas de
siderii coitus. et multitudo urine. et albedo eius.
Et cura eius est regimen impinguans corpus. et dilata
tio meabo. et cibaria unctuosa. et comestio me

[margin: ut amigdalae]

dullarum cum zuccaro. et omnes cibi et medicine que
addunt in spermate ex eis que diximus. Debilitatis
vero renum signa sunt quod mingit sicut lotum
carnis cum dolore in dorso. et paucitas appetitus co
itus. Et cura eius est flomia basilicon ex latere in quo
sentit dolor. Si vero dolor magnus non sentitur.
tunc fiat ex latere dextro. Et detur in potu me
dicine confortantes minctum sanguinis et emplastrentur
alcanna cum emplastris infrigidantibus et confortantibus
renes. sicut rosis et sandalis et acatia. et mumia et
mirto. et eorum inunctio sit cum oleo rosato et si

[margin: i. iuxta al. omnino]

samino. Sanguinis autem eruptionis ex renibus
signum est quod mingit infirmus subito sanguinem
plurimum ex habundantia aut propter percussionem su
per locum renum. aut propinquum ei. aut propter corrosionem ve
nae acuti. Et cura eius est flomia ex basilica
deinde medicina confortans minctum sanguinis. Capitulum lxxii. de retentione urine.

Hoc fit autem propter egritudinem
in emuleroriis. aut propter
egritudinem in meatu urine. Et hec egritudo autem est
lapis in meatu urine. aut caro nata. aut opilatio
sanguinis aut saniei. Signa itaque eius que fit ex
emuleroriis. sunt gravitas in dorso. et repletio vesice
ex urina. cui cura est sumere in potu medicinas
que frangunt lapidem. Et signa eius que fit ex opilatione
meatus urine. sunt repletio vesice. et inflatio et
tensio ut corium. et gravitas quedam in pectine
et anca. cum dolore vehementi et tensione superflu
a. Et fit autem propter lapidem obsessum aut propter apostema
aut propter carnem ortam. aut propter opilationem san
guinis aut saniei. Et iam diximus curam lapi
dis et signum et curam eius. Carnis autem orte signa
est que fit secundum plurimum propter ulcera accidentia in hoc
meatu. et non prohibet totam urinam sed modicum
eius. Et quandoque est inceptio eius exitura similiter vert
tice in hoc meatu. Ergo cura eius est in emuleroriis
curationem non habet. et non medicatur nisi cum tinta
et emplastris lenificantibus ex eis que diximus in capi
tulo diuretico ut leniatur meatus et dilatetur quando egre
ditur urina cum facilitate. Et difficultas fit etiam
urine in hac dispositione quando inspissatur et diminuitur.
Cum quod est in meatu urine quandoque egreditur cum eis
que mingere faciunt. Opilatio autem sanguinis
et saniei. fit propter minctum sanguinis et saniei. Et
cura eius est si fuerit in dorso ex emuleroriis. ut
in potu sumat medicinas que frangunt lapidem.
Et si fuerit in meatu urine. moveatur et evacu
etur cum facientibus mingere. Capitis autem in ve
sica signa sunt febris valde fortis caliditatis ad
instinctum. et vehementia doloris et punctura in vesica.
cui cura est flomia basilice. et post aquam ordei. et em
brocatio vesice cum aqua tepida. et unctio eius cum
oleo violato et tepido etc. Et quandoque fit difficul
tas urine et ex lapide cadente in ore meatus non
in meatu. Et signum eius est quod cum proicitur infirmus
super dorsum suum et levantur pedes eius ad superiora.
et vehementer cum commovetur egreditur urina. Et
istud sine cessatione fiat ita donec egrediatur la
pis. aut frangatur cum medicinis que frangunt la
pidem in vesica. Et quandoque fit difficultas u
rine ex mollificatione lacertorum vesice. cuius signum
est quod homo eam mingit cum facilitate quando super
vesicam fit compressio. Et est eius cura inunctio ipsius
cum oleo nardino et oleo costino et castoreo. Et
quandoque fit difficultas urine propter vehementem rete
tionem urine. Cuius signa sunt quod si compressio fiat su
per vesicam egredietur urina tunc. Et confert quidem
pluribus modis difficultatis urine introitus in
aqua calida. in qua decocta sunt folia caulis bismal

[margin: i. iuxta al. cartena]

ve. et centaurea et fenugreci. et ruber tinctorum.
et emplastra pectinis et alcanna cum eis. Et conferunt
quidem medicine urinam provocantes quando vesica est
vacua. et nocent vehementer cum est plena. Capitulum lxxiii. de insensibili fluxu urine.

Fit autem ex multitudine
humiditatis cum caliditate. aut cum frigiditate. Et cursus urine cum caliditate curatur hac medica
mine. Cuius confectio. Recipe seminis coriandri assati
infusi in aceto uno die et nocte partem unam. et
cimbilia et sucedos. et boli armeni. et gladiorum

[margin: i. sal. ind.]

siccorum. et carube. et lentium excorticatarum partes
equales cum coriandro. sumat pulverem ex eo
mane et sero pondus trium. Et curatur cursus
cum frigore cum hac medicina. Cuius confectio. Recipe
glandium siccarum. 3. l. thuris. 3. xxx. mirre
3. vi. gummi mahaleb. et acori et cyperi. omnium

[margin: i. nerve]

ana. 3. x. sumat pulvis ex eo mane et sero
3. iii. cum rob. et inungatur pecten cum oleo de lili
aut est oleo in quo decocta est ruta. et in quo distemp
ta sunt euforbium et castoreum. In diarria vero
urine que est diabetes iam diximus curam in an
tidotario et in almansore. Capitulum lxxiiii. de distillatione urine.

Accidit exitus urine in voluntarie paulatim. Et est
duarum specierum: aut cum adustione, aut sine adu
stione. Et est aut ex debilitate complexionis, aut ex
debilitate vesice. Et offert illi qui est sine adu
stione, retentor urine calidus, et comede sicce et
nuces pistacias et saccer cena confecta in ciceris, fiunt
in dosi pondus .ij. iij. tr. et mede .ij. saccer cene
e. Et administret illud usque quo sanetur. Et di
mittat cibos frigidos et humidos propter evacuationem
flatus ex corporis exsiccare. Illi autem qui est cum adu
stione, offert retentor urine frigidus oportet ex
eo quod glutinationem facit propter evacuationem
corporis excolatam rubeam. Et comittat cibos calidos
et siccos. Illi vero quod fit cum debilitate vesice
cum in est comedere electuaria aromatica cale
facta, et inungere pectinem cum oleo nardino, et
oleo de costo, et emplastret femur in cum emplastro fa
cto ex spica et cinamomo et gallia cum cera dis
soluta cum oleo. capitulum .lxxv. de adustione u
rine. Quandoque est urina sine distillatione, et non
egreditur sine voluntate sed voluntarie cum ad
bustione vehementi. Et est duarum specierum, aut enim est
sanie aut sine sanie. Et illius quidem qui est cum sa
nie et est in renibus et partibus eorum, iam diximus cu
ram. Illius autem qui est a vesica, nos dicemus in capitulo
ulcerum vesice. Adbustioni autem urine sine sa
nie, offerunt illa que sunt similia avellanis sine
ta ex seminibus et julebs, et sirupus violarum, et mu
cillago psillii et rob, et aqua alkikengi, et enucleate
a salso et acetoso et coitu et acuto et coitu, et lavo
re, et assiduet introitum in aqua tepida, et sor
beat ova sorbilia levia, et oleo amigdalinum,
et comedat ius galline pinguis cum lenticulis ordei
et cucurbita. capitulum .lxxvi. de lapide in vesica.
Lapis in vesica fit in infantibus plurimum et in
consistentibus in iuvenibus. Et signa lapidis vesi
ce sunt albedo urine et subtilitas eius, et fex are
nosa propter conturbationem eius, et erectio virge, et quod
puer plurimum scalpit ipsam, et laborat et ca
retentio urine et difficultas exitus eius, et dolo
re vehementi, et exitus ani, et hec species divise sunt.
Et aliud est quod rumpitur cum medicinis, et aliud est quod
non frangitur. Quapropter oportet ut tu experiaris ipsum
cum medicinis longo tempore ante scissionem. Et
ex eis que frangunt ipsum est omnis cibus in esu
sicut olive immature et capparis viridis et ficus
et cicer nigrum et alkekengi. Ex medicinis vero sunt
costus et cassia lignea et spica et piper et ciperi, et
cortices radicis capparis, et amigdale amare,
et cinis scorpionum adustorum, et oleum de scorpionibus,
et sanguis hirci siccus, et vitrum adustum, et ceteri
adusti, et medicamen quod frangit lapidem ex eis
que diximus. Et hoc medicamen frangit lapidem
sua proprietate mirabili, cuius confectio. Recipe cineris
scorpionum adustorum, et lapidis iudaici et la
pidis spongie omnium ana partem unam, argen
tum cabellatum. Sumitur dosis eius .ʒ. j. vel
cum vino albo subtili, aut cum aqua mellis. Et
tunc hec cum est fortior cum datur hec medicina, et
sit cibus eius ex illis quos diximus, et distillat in foramen
virge oleum de scorpionibus, et inungitur. Si
vero medicinae fuerint hec cum premiserim, et non mo
vit urinam provocari, et sentit non invenit alle
viationem, aut non egreditur arena in urina, tunc
scias quod lapis est durus plane, non obediet ad
frangendum, et dolor huius cum inungit est mior
tune et aucter cum ferro, et non oportet ut di
mittatur cum eo post misse, quoniam prohibet egritum
ad ethicam cum assiduatione doloris, et quandoque ul
nerat vesicam cum hoc, tunc vero incipe ad extra
hendum ipsum. Et oportet quod commovetur dolor
ut administret introitum in aqua calida. Et em
plastra vesicam et inunge ipsam cum eis que diximus
in capitulo lapidis in renibus ut alleviet dolor
et non perveniat egritum ad ethicam. capitulum .lxxvij. de
cuius signum est adustio urine scabie in vesica.
Cum rebus similibus furfuri mica et extenuati
one in corpore. Et cum eius est aqua ordei et bulne
um leve post aquam ordei et post cibum leve et vinum
pinguia, et potus olei amigdalini, et fiat ene
ma vesice cum mucillagine seminum citoniorum a
cum lacte mulieris et oleo rosato, et omnia que diximus
in capitulo adustionis urine que est sine sanie et
sanguine. capitulum .lxxviij. de apostemate in vesica.
Apostema quod in ea plurimum accidit est apostema ca
lidum, cuius signa sunt dolor vehemens cum punctura
in vesica, et retentio urine cum febre calida
adurente, et alienatio et nigredo lingue.
Et cum eius est flomia, et communis cum birsem.
et limiatur vesica semper cum oleo violato usque
ad tres dies. Deinde cum oleo camomillino.
Et non emplastretur cum rebus frigidis, sed cum rebus stip
ticis, immo emplastretur cum sisamo excorticato et
lacte dulci, et pane similaginco et lacte. Et
si secutus fuerit dolor et preterierit ebdomada una ei,
emplastretur cum resolventibus lenibus ex eis que di
ximus sicut camomilla et semine lini et fari
na fabarum confecta cum rob. Et tres in quo post illud.
convertitur aut ad sanitatem aut ad aggregandam
saniem aut ad apostema durum. Cum vero convertitur ad

aliquo

in al. tepida

ad aggregandam saniem. tunc cura eius est illud
quod diximus in cura renum. et quod dicemus nunc in ul-
ceribus vesice. Et si convertitur ad apostema durum. tunc
cura eius est illud quod diximus. et quod dicemus nunc in
apostematibus duris in vesica. Et signum eius super quod fit
per apostema calidum. et post percussionem et casum. et apostema
vero inventum apud comissuram que est inter testiculos et
anum cum est magnum. et difficilis fit exitus sterco-
ris et urine. Et cura eius est sumere in potu me-
dullam cassiefistule. et oleum amigdalinum super
aquam seminum provocantium urinam. sicut semen
melonis. et semen feniculi. et semen apii. et
capillus veneris. et sorbeat aquam caulis. et aquam
ciceris cum oleo amigdalino. Et emplastretur locus
apostematis si apparuerit. Et si non. emplastretur omnis
sura. et vesica et pecten. cum emplastris que diximus in
capitulo renum. et cum emplastro quod resolvit apostema
durum in vesica. et line ipsum cum oleo calido. et
inunge ipsum semper. et fac ipsum assiduare ti-
nam in qua decocte sint radices caparis. et ca-
momilla. et radices viole et radices altee.

aliquo

t caulis

t al' melonis

Caplm lxxix. de ulceribus in vesica. et inter virgam.

Vim ulcerum ista sunt invicem signa. quandoque renes
egreditur cum urina sanies. et invenit eger
dolorem cum mingit in loco ulceris. Cum autem
sunt apud vesicam. egreditur sanies permix-
ta urine. et venit ei fetor. Et cura ambobus si-
mul est sumere trociscos alkekengi et aquam
mellis iuvet aliquantum. et medicamina consolidativa
ulcerum in vesica. alia. Et ut iniciatur in ve-
sicam collirium album cum lacte cum dolor est vehe-
mens. aut cum melle et flavum cum est sordities
plurima. Et confert ei quod est in meatu proprie. illud
quod inmittitur ipsum plus. quam illud quod bibit.
Et confert quoddam unguentum consolidativum illi
cui ulcus pervenit ad meatum. hoc namque un-
guentum confert cum debonis cum eo linitur ul-
ceribus concavitatis ventris. Ulcerum autem renum
signum est dolor in dorso. huius autem ulcera ve-
sice inveniunt dolorem pectinis et difficultatem
urine. et que egreditur ex ulceribus in renibus est
frustrum carnis parvum. Et ex ulceribus vesice
cortices. et dolor in ea est vehementior dolore
in renibus. et sentitur in ambobus lateribus similiter
gemuitati. et hoc est differentia inter ulcera renum et ve-
sice. et quandoque est ulcus in meatu qui est inter renes
et vesicam. Et cura horum ulcerum est cura una.

aq

Caplm lxxx. de diminutione coitus.

Fit autem propter desiderii debilitatem. aut mollificationem
instrumenti. Et desiderii quidem debilitas fit.

aut propter debilitatem corporis et paucitatem nutrimenti
eius. aut absque debilitate. et cum est sine debili-
tate corporis et sanitate cibi. aut propter pauci-
tatem spermatis et frigiditatem eius. aut propter quietem
eius et ipsius congelationem. aut propter siccitatem instru-
menti. aut propter frigus. aut propter longitudinem ab-
stinentie coitus. aut propter accidens animale sicut
est plurima sollicitudo. et timor. et angustia. et
tristitia. et consistit instrumenti mollifica-
tio fit autem propter eam animale sicut extima-
tionem et timorem. et prohibet illud erigi aut
propter longitudinem abstinentie. membrum enim con-
trahitur tunc et detumescit. aut propter pau-
citatem sanguinis. aut propter paucitatem ventositatis
aut propter aliquid quod est de genere paralisis. et ner-
vus qui venit ad virgam. Et cui est debili-
tas desiderii coitus cum attenuatione corporis et cum ex-
tenuatione eius et debilitate ipsius. et citrinitate
coloris. et paucitate cibi. tunc cura eius est
confortare corpus cum regimine convalescentium
et additione in cibis. et vino. et rebus odori-
feris. et somno. et dimissione coitus. Et si la-
borat quolibet labore. dimittat donec cor-
pus ad suam redeat dispositionem cum gaudio et tri-
pudio. et cum exercitio equali tamen et que sunt
illis similia. Si autem corpus cum hoc fuerit
forte habundantie carnis et non diminuti. tunc
illud erit autem propter paucitatem spermatis. aut propter con-
gelationem spermatis. et paucitatem mordicationis eius.
Et paucitas spermatis est aut propter siccitatem in
instrumento spermatis et extenuationem eius in corpore.
aut propter frigus. Et signa eius que est ex siccitate
est paucitas eius spermatis apud coitum. Et
cura eius est iuvamentum quod fit cum balneo et intro-
itu in aquam calidam. et sanatur cibis humidis.
sicut herbis et lacte et vino plurime commixtio-
nis. deinde dilatatur in cibis precipue humecta-
te. sicut sunt pisces recentes. et comedunt assati.
et comeditur cum eis cepe cocta. et pulli. et
gallina. et pulli columbini pingues. et vi-
num plurime commixtionis. et comedere tracti-
los infusos in acceto lacte. et bibe vinum dul-
ce. et sorbere vitellos ovorum sorbiles. et medi-
camen determinabimus addit in spermate. Et
quandoque est propter frigus. tunc signum eius est quod sperma est
plurimum apud coitum et subtile et difficile
exit. et cura eius est iuvamentum cum omni quod calefa-
cit. et assiduatio zinziberis conditi. et in aceto
piperis conditi. et confectio calida que addit in sper-
mate et coitu. Et quandoque fit propter aggregationem

+ ab hac cruce usque ad aliam deficit in textu. quam unum folium amissum est ideo. et est illa crux sub folio sequenti in cap. de fluxu menstruorum

spermatis et ...uis / siccitas egri / tionis eius. et / paucitas car / nis et sanguinis / al' animalium

ambarum intentionum .s. frigiditatis et siccitatis.
Et signa eius sunt paucitas. Et cum ei sunt
omnes cibi cum quibus est exsiccatio sicut a
cetum et cum pinguis cum capitis et tritici cor
tium quorumque fit qui puls. et cerebella cum sint
eis carnibus et pisce. et prope cerebella pullorum
animalium. et diapenidion quod assimilatur. et secu
lum. et lactuce. et cicer infusum in aqua. et fabe
cum comeduntur cum carne salita et altit. ¶ Qui
eius vero spermatis et congelationis eius et paucitatis
mordicationis ipsius. signum est quod est cum coitu
destruitur. et egreditur cum fit coitus sperma plu
rimum congelatum crossum. Et cura eius est omne
quod diximus ex eis que calefaciunt sperma.
sicut medicamen calidum addens in spermate.
et clistere impinguativum calefactivum
renum. et inunctiones calide et suppositoria.
¶ Cuius vero que fit estimatione et angustia et
timore. et exosculatio animalium sicut casti
tas. aut elongatione assiduationis coitus.
cura est cum expulsione illius consilii ab anima.
¶ Debilitationis autem instrumenti que est cum ex
tenuatione corporis totius. et debilitate eius. cu
ra est cum unificans quam diximus cum illo
instrumento. et inunctio eius cum unctionibus
calidis quas diximus. ¶ Et illius que est propter pau
citatem inflationis in inferioribus uenitur.
signa est paucitas erectionis cum privatione
inflationis. et tenuitates corporis. Et cura ei
est omne quod inflat sicut uva et fabe cum co
meduntur cum sale. et altit. et lac recens.
quod bibitur cum cinamo. et replenti ex cibo. et
medicine coitus calide ex illis que diximus.
Illius vero que est propter frigus in nervis urine. si
gna sunt quod sperma est habundans. et fiale e
grediens. et desiderium est stans. sed erectio in
se ipsa est debilis. Et cura eius sunt clisteria ca
lefacientia unguenta. et suppositoria calefaci
entia ipsum ex eis que diximus. capitulum .lxxxi.
Fit illud propter de multitudine desiderii coitus.
multitudinem sanguinis. cuius signa sunt ut
corporis. et rubedo coloris. et paucitas debi
litatis super multitudinem coitus et pollutionis.
et cura eius est flebotomia. et solutio ventris. et mi
noratio cibi. et facere ipsum declinare ad a
cetositatem. et bibere aquam nivalem. et uti
lentibus et agresta. et agranatis acetosis. et
comedere cibum congelatum. et lactucas. et in
unctio in aceto. et potus siropi acetosi.
et administratio medicaminis frigidi minorantis

sperma. et infrigidatio dorsi cum eis quibus com
plentur eo dormiente super ea. ¶ Et fit ex ra
citate spermatis. Et signa eius est quod debi
litat hominem cum ipsum egreditur. et egreditur
cum velocitate et mordicatione et nocumento. et
advenit cum eo adhustio in virga. Et
cura eius. sunt sunt res infrigidantes humec
tantes. sicut cucurbita et portulaca. et lac
tuca. et bliti. et lac acetosum. et administratio
medicaminum frigidorum que diximus. et introitus in aquam
frigidam. et potare lac acetosum. et lac de quo
extractum est butirum. ¶ Et fit ex multi
tudine humiditatis propter ... ut fiant
sperma. Et signa eius est exhuberatio sper — sit
matis. et subtilitas eius. et albedo coloris. et
multitudo inflationis. Et cura eius est me
dicamen calidum. minorans sperma. et cibi ef
fugantes ventositatem. sicut origanum. et
ruta et calamentum. et electuarium diaciminum
et similia. capitulum .lxxxii. de erectione assidua
Quandoque accidit erectio assidua nocens.
et perducens ad spasmum et egritudines pessimas
Cuius cura est quoniam cum ea est caliditas cum flegmonia
et reliquis que diximus. ex illis que minorant
sperma quod est cum caliditate. Et si est cum ea al
bedo coloris. et paucitas sanguinis. tunc adhi
beat medicamen calidum minorans sperma.
capitulum .lxxxiii. de doloribus matricis
Res eis est retentio menstruorum. et de eis sunt
cursus eorum. et apostema et ulcera. et difficultas
partus. et difficultas impregnationis. et mola.
et precipitatio. et ventositas grossa in ea. et
fissure. et disruptio. et cancer. ¶ Et men
strua quando retinentur aut propter paucitatem
sanguinis in corpore. aut propter crossitiem eius.
aut propter multitudinem provocationis lactis.
aut egritudinem in matrice. Si igitur est ex pau
citate sanguinis. tunc signa eius sunt exte
nuatio. et citrinitas coloris. et quod fit post
egritudines et tristitias. et ieiunia et vigi
lias. et laborem. et additionem in locis calidis.
¶ Et cura eius est dilatatio in cibis et potibus
frigidis. et addentibus in menstruis et somnis. et
balneum. ¶ Et fit ex crossitie sanguinis et
frigore. Cuius signa sunt mollicies corporis
et multitudo pinguedinis. Et cura eius est
medicine subtiliative et ... aqua ci
ceris nigri. et albi cum aneto et cimino et
aneto et oleo. et dimittere cibos et vinum stipti
cas et acetosos et incrossatos. et uti medicamine

¶ de retencione menstruorum

provocantibus menstrua · scilicet leniore prius · deinde me
dia · postea fortiore et ventosas cruris cum hora
egritudinis duobus diebus · et flomia (?) sapone · Et
exeis que provocant menstrua · Sed flomia ex
manu abscindit ea · Et quia positio ventosarum
super sinum · et suppositoria provocativa menstrua ex
eis que diximus · et similiter suffumigationes

capitulum · lxxxiiii · de fluxu menstruorum

Fit ex multitudine sanguinis ex corpore · et
acuitate eius · et subtilitate ipsius · et fit post diffi
cultatem ipsius partus · et fit propter emoroidas existen
tes in matrice · et ex ragadiis et ulceribus mal
antiquis · Et fit post percussionem · Et fit in ex
dominio unius humoris corporis · et apparet illud
in exitu eius ex colore ipsius et subtilitate eius · et qualita
te ipsius · Et cura eius propterea est cum eo quod extrahit
sanguinis diminuere · deinde post illud medicinarum
que constringunt fluxum ex eis que convenit ex pl
etum · et exsiccetur corpus absque enlefugie ma
nifesta · Et illi qui fit ex multitudine san
guinis signa sunt · quia corpus est eo est forte neque
debilitatur · et color est cum sua dispositione non
alteratur · quare non oportet ut laboret in retentione
eius dum non apparet debilitas · et non fit alte
ratio in colore nisi sit egressio eius plurima val
de iam nocens egre · tunc enim oportet ut flo
metur basilica · et stringantur radices mamil
larum cum instita · et ponantur super pectus ventose
cum igne · et supponantur collirya retinentia men
strua · et medicine quas dicemus ex illis que reti
nent menstrua · et sedeat in aqua frigida · et sit cibus
ex stipticis et acetosis · et potus sit aqua plu frigoris
· et abstineat a coitu · Ille autem qui est
propter subtilitatem sanguinis et eius acuitatem signa sunt
debilitas corporis · et alteratio coloris et tenui
tas eius quod currit de sanguine · Et offert ei idem
regimen quod est ante hoc preter quod non oportet ut fiat
flomia · et offert ei administratio ciborum et po
tuum acetosorum et stipticorum et infrigidantium in
crossantium sanguinem · sicut sunt grana aceto
sa · et lentes et berberis · et que sunt similia illis ·
et ribes et agresta et citonia · et sumach · et oppi
latina · et fumeteria (?) gluinnationem et alphelude
gi · cum amilo et ... · et tapliceos · et
afeniabegi · et sumatur in potu medicinas que
retinent menstrua cum infrigidantibus forti · et detur
in potu quedam rob ut diximus · Illi autem qui fit
post difficultatem partus offerunt omnia que sedant
sanguinem ex eis que diximus · et sumatur in potu
trociscos valentes ad ulcera et ragadias in
matrice · et reliquum regimen quod diximus · Illi
vero qui fit propter emoroidas in matrice signa
sunt quod venit cum pruritu alius apud ... in
strumentum · et cum repletum est eis · Et cum eius est flo
mia basilice · et sumatur in potu trociscos de lia
mbe · et clistericare matricem cum eis que conferunt
emoroidibus in ea · Illi autem qui fit ex ulce
ribus malis in ea signa sunt fetor eius quod currit
magnum · et quia est virus subtile non confirmatum ·
Et cum eius est flomia basilice · deinde clistericare
matricem cum aqua mellis vice una · et cum medici
nis conferentibus ulceribus matricis alia · Si ergo
ulcus est recens · et illud de quo currit sanguis
cum dolore pruritus · tunc oportet ut clistericet
cum medicamine incarnativo · Et si est illud
quod currit ex eo fetidum · et cursus antiquus · tunc
oportet ut clistericet cum medicamine calido ·
Si autem accidit cursus sanguinis ex matrice post
percussionem · tunc cum eius est flomia basilice · et
sumatur in potu trociscos de carabe · et clistericare
cum medicamine incarnativo ulcerum humidorum.

capitulum · lxxxv · de ulceribus

Scilicet ulceribus ani · et virge · et matricis · et
vesice · et testiculorum · Cum sunt propinqui temporis et non est in eis humiditas ·
tunc aloes tritum cum pulverizatur in eis · sanat ea ·
Et thutia exsiccat ea fortiter · Cum autem est
in eis humiditas · tunc confert ei cortex pini mas
cule · et ematithes · Quod si in eis est putredinitas · tunc
misceatur in eis thus cum eis minutum · Et si
fuerint humida vehementis humiditatis · tunc offert
eis medicamen siccum factum cum cortice combustis · et
cucurbita adusta · et alumine adusto · Et
que sunt in matrice et vesica · confert eis thuthia
et aloes et medicamen de cortice que teruntur simul
aut singulariter · et misceantur cum suco arnoglo
se · et que sunt similia illi · et clisterizentur cum eis · Ra
gadiis autem matricis confert ea que confert in
ragadiis ani · Et similiter emoroidibus accidentibus
in matrice confert ea que confert emoroidi
bus ani ex epithimatibus · Et ventositati ac
cidenti in matrice · confert ea que confert ventosita
ti crossi (?) in colica · ex suppositoriis et aliis ·
Et similiter disruptioni accidenti in matrice con
venit ea que convenit disruptioni acciden
ti in intestinis et in mirach · et testiculis · Illi autem
quod est ex apostemate accidente in ea · dicemus cum in
eis que sunt post.

capitulum · lxxxvi · de apostemate accidente in matrice

Quandoque accidit ex retentione menstruorum in matrice
aut ex difficultate partus · aut ex percussione super
matricem · aut lesione in ea · Et si est quidem

apostematis calidi. sunt febris acuta sicut febris birsem. et nigredo in lingua. et dolor capitis. et timme. et cum iytisoz [?]. et difficultas urine. et egestionis. et frequentia pulsus. et inc[?] Et cum eorum simul est sronia [?] basilica.

[Q]ui si uero quod accidit mea [?] propter difficultatem partus aut expulsionem super matricem. precipue mestruorum eorum retentionis est timendum. Et signum apostematis acuti mee [?] est febris acuta. cum non uidet mulier sanguinem plurimum. Et cum ei est sronia. et ut eclisteriget matrix cum mucillagine psillii. aut ex oleo rosato cum aqua arnoglosse. et regatur egra regimine patientis birsem. dando ipsi potu aquam ordei et alia. Et si dolor ualde fit fortior. et retinetur egestio et urina. sedeat egra in decoctione camomille et fenugreci. et seminis lini. et non tangat aqua umbilicum. neque egra dimittat potare aquam. Et inungatur umbilicus eius cum oleo camomillino et oleo de keiri citrina. Et si non fuerit illud. tu non fricas illud usque ad ebdomadam unam. Et curatur apostema acutum in matrice. aut ad sanitatem cum resolutione. aut ad aggregationem saniei. aut ad apostema durum. Et signa collectionis saniei. sunt quies pulsationis. et sedatio febris. et commixtio complexionis in dispositionibus quibusdam. Et signa apostematis duri sunt sedatio caliditatis febris et acuitatis eius et remotio grauitatis et magnitudinis in pectine et timme. ita quod quandoque apparet tactu si fuerit magna. et difficultas egestionis et urine. Et cum est collectio saniei et ut compleatur locus maturus post diem septimum appone apostematis acuti cum rebus lenificantibus et sedantibus dolorem. sicut camomilla et altea et semine lini. et fenugreco. et fundatur in matrice ex mucillaginibus eorum. et assiduetur sessionem in aqua calida. et inunctionem cum oleo tepido. tamdiu donec appareant signa collectionis saniei. deinde moueatur ita ut descendat agitatione cum sinciliate [?]. aut saliat aut fiat compressio supra locum apostematis tamdiu donec egrediatur sanies. Et quando procedit commouetur complexio. et sedatur grauitas. et egra mingit saniem. Quare tunc oportet ut in potu sumat semina prouocantia urinam. mundificantia matricem tot diebus donec minoretur sanies. deinde curetur cum medicamine incarnatiuo per clisterem. et dentur in potu trocisci de carabe [?] incarnatiui [?]. Et ponatur unguentum incarnatiuum cum uino perimatur [?]. super locum in quo fuit dolor.

[Q]uamuis quod signa sunt de cura apostematis duri. ut dictum est. quies caloris febris et acuitatis ei cum reliquis grauitatis et magnitudo in pectine et timme. ita ut quandoque appareat tactu si fuerit plurima. et difficultas egestionis et urine. Quare oportet ut succurratur cum lenificantibus et resoluentibus uelociter et non negligatur. Cum enim antiquatur et non lenitur. non est possibile ei resolui. et fit cancer. et ei cum est assidue emplastrum superponere loco doloris cum bdellio et storace et amoniaco. et reliquis que diximus ex medicinis et emplastris que resoluunt apostemata dura. et cum clisteribus et cum mucillagine fenugreci. et mucillagine seminis lini. et cum oleo anetino et oleo camomillino. et oleo de lilio. et de narciso. et storace liquida. et reliquis que narrauimus ex illis quibus clisterizatur matrix propter apostema durum. Et si pertransierit spatium mensis. et non sedatur dolor omnino. et remanet grauitas et magnitudo. tunc iam incurrit duritiem que non resoluitur. quare tunc oportet ut medicetur egra cum cibis et inunctionibus cum oleis lenibus. Si autem est cum hac magnitudine antiquus dolor. tunc

[Q]uoniam iam factum est cancer. capitulum lxxxvii. de cancere in matrice.

[Q]uando incurrit apostema accidens in matrice. et non resoluitur. et remanet in ipso cum duritie caliditas pauca. et dolor. et pulsatio non fortis. tunc apostema durum factum est cancer. Cuius cura similis est cure apostematis duri. tamen in principio. nam cum antiquatur non sanatur. Verum non tollerent cancer emplastra et clisteria et suppositoria in quibus sit debilitate tamen. quantum est in illis quibus medicatur apostema durum cum quo dolor premens non est. Quapropter oportet ut curetur cum oleo de keiri. et oleo camomillino. et adipe gallinae et anatis in quibusdam dispositionibus. ita ut cum augmentatur pulsatio. curetur cum oleo rosato. et mucillagine psillii. et cum emplastris infrigidantibus tamdiu donec sedetur pulsatio paulatim. deinde redi ad calefacientia et facultate et lenificatiua. nam si tu non feceris illud. ulcerabitur. et cancer ulceratus est deterior quam esse potest. Et signum generationis ulcerationis ei est quod currit ex matrice uirus nigrum fetidum. Tunc ergo medica egram faciendo ipsam sedere in urina. et clisterizari cum lacte mulieris cum collirio albo et alsognmulo [?] opii et cerusa ut sedetur dolor. et da in potu de medulla cassiefistule et oleo amigdalino super decoctionem ficuum. et passularum et iuiubarum et sebesten. capitulum lxxxviii.

[E]x hac egritudine de egritudine que nominatur mola. inflatur uenter et magnificatur sicut dispositio impregnante. et retinetur mestrua ita ut non dubitetur mea [?] quin sit pregnatio. et pluralitas [?] tempus ei. Et differentia quidem inter ipsum et inter pregnationem est

i. al. apostemis dur.
i. que comitatur ubi cum timme et pectine
i. al. et non dimittitur egra potare aquam.
i. al. pueris
i. l. sedere.
i. aliquo
i. l. umbe.
i. al. in successu duor.
i. al. cal'm

Tal' pedal

vehementia magnitudinis ventris et mollicies mamillarum. Et quandoque permutatur hora in qua movetur embrion et non movetur in ea ordinate, immo quandoque permutatur a loco suo post compressionem vehementem. Deinde parit post laborem vehementem frustum carnis cui non est forma. Et quandoque egrediuntur extra ventositates grosse et humiditates plurime tenuium et detumescat venter et destruitur facies. Et accidit mulieri huic dolor ex retentione spermatis cum mulier est plurimi spermatis generativi et consueta viro, deinde abscinditur ab ea illud subito sicut dixit Galenus in retentione menstruorum. Et ei cura est ut in potu tribuas aquam mediciam cum oleo de liliis et ierapigram et medicinas fortes in provocatione menstruorum et diamarte et diacurcuma magnum et tyriacam diatesseron. Et sit cibus eius aqua ciceris et alkaugeri et furtia et ea que sunt in partell'. Et da ei in potu expulsiva fetidis solutivis doses continuas. Et suppone in matrice collyria fortia in provocatione menstruorum et bibat aquam rute et decoctionem fenugreci et dactilorum secundum quod diximus in capitulo provocationis menstruorum. Et evaporet ventrem cum panno calido et inungat cum oleo in quo decocta est ruta. Et da in potu post illud medicinas que expellunt embrionem. Capitulum lxxviiii de suffocatione matricis.

Hec egritudo accidit mulieri prope epilepsie simili. Sed differentia inter eam et epilepsiam est quia mulieri in hac egritudine non destruitur sensus sua, nec currit ex ore eius spuma. Et sentit quasi quod aliquid elevari ex parte pectinis usque quo perveniat ad os stomachi. Deinde cadit et supervenit ei sincopis et cadit quasi mortua. Et tunc non sentitur ei pulsus nec anhelitus. Et quandoque prefocatur et moritur. Et quandoque sanatur post laborem et dispositionem. Cura: oportet ut fricentur pedes eius vehementer et ligentur extrema et ponatur super umbilicum eius ventosa magna sine scarificatione et abstergat obstetrix digitos suos ex colore et fricet cum eis os matricis. Et sufflet in nasum eius condisi et vociferetur in aure eius. Et si facias ipsam odorare res odoriferas in mol... line cum odoriferis sunt ei. Et fit autem propter retentionem menstruorum aut propter retentionem spermatis. Cum ergo menstrua sunt currentia et mulier est innupta, tunc cura eius est ut nubat. Si vero illud non fit, sumat egra in potu medicinas minorantes sperma ex eis que diximus. Et inungat obstetrix digitos suos quibusdam oleis odoriferis et intromittat eos in matrice

Tal' cuim
dubo

et fricet eam. Et supponat sisimbrium cum oleo sambucino. Et si mulier leditur, tunc cura eius est inunctio cum oleo sambucino, et approximentur naribus eius panni combusti et sulphur, et ponantur ventose super inguina et fricentur pedes et comprimantur. In hora autem dimissionis paroxismi dentur medicine que minorant sperma. Et quandoque consequitur ex destructione hanelitus et pulsus in hac egritudine in hora paroxismi gradus propter quod existimatur quod egra iam sit mortua. Et quandoque remanet die et nocte et duobus diebus secundum illud. Tunc ergo oportet ut assiduet fricatio oris matricis et odoret res fetidas et ponantur res odorifere super matricem et vesicam et similia donec convalescat. Cum autem illud est ex retentione menstruorum, oportet ut flebotometur saphena et ventosetur crurum et ponantur ventose super inferiora ventris et detur in potu ea que provocant menstrua ex eis que diximus in dispositione autem paroxismi cum utrisque speciebus est una. Capitulum lxl de difficultate impregnationis.

Fit autem propter multitudinem adipis aut propter parvitatem virge, aut quia ligamentum capitis virge abbreviatum est et spasmatum, quare non impellit sperma ad profundum, aut quia mulier fugit velociter post coitum et ambulat et movetur, quare cadit sperma, aut propter ventositatem grossam in matrice, aut quia matrix est frigida aut lubrica in qua sunt humiditates plurime superflue commixtionis in frigiditate et humiditate, aut propter malitiam complexionis in multitudine caliditatis et siccitatis, aut est complexio spermatis mala, et fit propter emorroidas et ulcera mala existentia in ipsa, aut propter convenientiam complexionis viri complexioni mulieris in malitia, aut propter opilationem meatus. Et illud fit propter adipem aut carnem mortuam. Illis autem quibus fit ex multitudine adipis signa sunt manifesta. Ac si quandoque non est super pectinis mulieris et scapulas eius et adiutoria ipsius et coxas eius plurimum carnis et adipis, sed reticulum est plurimi adipis. Et signum illius est descensio ventris ultra mensuram et frequentia anhelitus cum movetur et ... qualibet ventositate aut siccitate aut ventositate aggregata inveniuntur constrictio recipientis. Et cura illius est illud quod extenuat et destruit adipem ex eis que diximus in capitulo extenuationis pinguedinis. Deinde suppositoria adiuvantia ad impregnationem et similia suffumigationes adiuvantes ad illud. Cum autem est ex capitulo propter carnem que est sicut verruca in meatu aut collum eius tortuosum, tunc cura eius est timorosa quam longe medi-

.a. zirbu

.a. matris

Albificationem vero eorum iam diximus totam. Et
medicinas quas narrabimus ad albificandos capil
los sunt manifestatio. Rubificationis autem eorum
medicinas narrabo. et illi que eos crispant. et que eos
abradunt. et que auferunt vel prohibent eos renasci. et reliqua que diximus. Eorum vero applanatio et
prohibitio scissionis ipsorum fit cum inunctione assi
dua. et multitudine effusionis aque. et unctione assidua
cum oleo et aqua equalitatis. et multitudine ablu
tionis in balneo et tonsione eorum. et [illegible] et liga
tione sed equalitate assidue. Eorum autem casus qui
est qui fit ex egritudine sicut allopicia et tinea quarum
curatio est una. Et oportet ut evacuetur corpus et
caput in primis. deinde autem ex casus est eis que de

Alieniunt. Capitulum .cx. de furfure incipit.
ut est dominans plurimum antiquus. aut est infirm
illum. Et sufficit quidem in eo illum quod non est super
fluus. abrasio capitis secundum assiduationem. et ut
ungatur omni nocte cum oleo tepido. et abluatur in
mane cum aqua calida. et faciat in balneo cum
[illegible]. aut cum mucillagine seminis psillii et mu
cillagine seminis citoniorum. et aliter alie. Ille autem
qui dominans est antiquus plurimum indiget so
lutione cum aliquibus pillulis quas diximus de illis
in quibus ponuntur aloes et pulpa collocintide.
deinde post illud assiduet inducere caput. et inun
gere. et balneum. et abluere ipsum cum medicinis
que habent abstersionem fortem semel. et cum eis que ha
bent viscositatem vero. sicut medicinam forte in re
movendo furfures ex eis quae diximus. et medicina
ne lenes narrate ad furfures ex eis que diximus.
Et caveat ab omnibus quibus inest vapor et ascensio
cum vapore faciunt. et elevationem ad caput. et precipue
capitis. et allium. et porris. et similibus eis. Ex illis que iam

[Left margin notes:] .l. cum salem. — .l. ossificantibus. — .l. al. habet eminentias. — .l. ablatio.
[Right margin notes:] .l. subtilantibus. — .l. al. cum rore / .l. vincentur. — .l. pulvere ei. — alii dicunt quod sit ulcera quam fiunt in capite

diximus in egritudinibus capitis. et multiplicet com-
mixtionem vini. et potationem olei super ex predictis
cure. **Capitulum cxi. de sahafati.**

Est ex genere egritudinum apparentium in quibus est foramen
parvum subtile valde plenum humiditate simi-
li. et humiditate viscosa pauca. et eius apparitio si-
milis est apparitioni egritudinis que dicitur furfures et accidit
in cute capitis. Et huius quidem foramina latiora sunt et
maiora foraminibus asahafati. Et in foraminibus eius est
humiditas similis melli favi. Et iste aut sunt recen-
tes aut sunt antique. Et unaqueque earum aut est hu-
mida aut est sicca. Cum itaque sicca est earum est similis
cure furfuris. Verumtamen oportet ut confortetur et
addatur in inunctionibus cum cera et oleo. et mucilla-
ginibus et adipibus et fricationibus cum sinapi. et infusio-
ne aque in unctionem. et sufficit in ea cum non est antiqua
fricatio. Cum vero est antiqua. tunc oportet ut fricetur
et radatur donec recedat ab ea asperitas. et currat
ex ea sanguis. deinde fricetur cum oleis et adipi-
bus et mucillaginibus. et embrocetur cum aqua calida.
et vaporetur donec rubeat locus eius. deinde liniatur
cum oleis et adipibus et mucillaginibus et cera et
adipe galline et anatis et origagento. Humide
vero que non est antiqua sufficiat unguentum rubeum sine
fricatione. et oleum rosatum [illegible] et merda
sengi et aceto. Antiqua vero indiget ut in ea
administretur flomia cefalice. aut ex venis que
apparent in capite. aut fricetur et radatur secundum
quantitatem necessitatis sive tridui donec resolvatur
eius mala tota. et currat ex ea sanguis plurimus.
et ponantur super ipsum sanguisuge post fricationem.
deinde liniatur cum epithimate salsafati fortis
exsiccationis. Et offertur ei et assidue liniri cum
psilotro abradente pilos usquequo exsiccetur
decenter. deinde liniatur cum eis que diximus in ca-
pitulo asahafati sicce. **Capitulum cxii. de eis que rec-**
Corruptio coloris fit. **tificant corruptionem coloris.**
aut egritudine. aut successione egritudinis. sicut in
hectica citrina et nigra et convalescentia. aut fit
propter corruptionem complexionis. Et cum illud totum fit
cum curatione illarum egritudinum. Illud autem quod fit
in convalescentia cura est confortatio et cibatio.
Malitia autem coloris que fit sanis quandoque est ex pallo-
re qui fit a sole et vento et frigore. Et quandoque rubet
facies valde et incipit eminentias habere. et quandoque est
color citrinus absque egritudine. **De cura paloris.**
Cuius est assiduatio introitus balnei. et inclinatio super
vaporem aque dulcis calide. tunc si sufficit in eo ei be-
ne est. Et si non. administretur gumentum quam dice-
mus. Rubedinis autem que super faciem durat et

eminentiarum. oportet ne cura non tardetur quoniam
est mala. Et offertur ei ventosatio cutis et vento-
satio nuce. et flomia utriusque cefalice. et dilata-
tio eorum quibus strictum fit in capillis ut scarifice-
tur. et dimissio vociferationis. et dimissio omnium que pro-
vocant sanguinem in faciem. ex lectionibus alte et rei-
teratione anhelitus. et longitudine iacendi super faciem.
Cui quidem cum est. flomia frontis post flomiam
cefalice. et extremitatis nasi. et ut liniatur cum sa-
pone. et ut dimittatur donec ipsum sugget. deinde
abluatur cum aqua calida multotiens. et apponan-
tur sanguisuge post illud super locum eminentiarum hu-
te. et devitet omnia que multiplicant sanguinem.
et vinum et carnes et confectiones de mille ... et utatur
balneo assidue. et inclinationibus super vaporem aque
calide. cum non est presens balneum aliquotiens. et lini-
atur cum epithimate asahafati sicci cum hume-
tur ex eo aliquo. et abluatur faciem suam post linimentum et
inclinationem super aquam calidam hora una et aqua
frigida. et caveat ne obviet frigori et vento vehe-
menti cum facie sua. Et cum illud acciderit sic
curetur eundo ad balneum. Citrinitati autem colo-
ris sine egritudine. offertur ut comedat ova de
gallina pinguem assatam. et bibat vinum dul-
ce. et comedat ficus et grana dulcia. et sorbe-
at vitellos ovorum sorbilium. et comedat cicer album.
et sumat eam altum in quibusdam locis. et ex cibario
in quo sunt allia. Et offertur ei scoria ferri con-
fecta. et assiduatio balnei. et fricatio faciei. et
gumentum cum rubificantibus de eis que narrabo. **Ca-**
Pannus alius **pitulum cxiii. de panno in facie.**
est antiquus. alius non antiquus. et niger. et non
niger. Cui quidem offertur flomia cefalice. et de-
coctio epithimi. et dimissio omnium que sanguinem in
facie provocant ex eis que iam diximus. deinde epithi-
metur cum semine rafani. cum amigdalis excorti-
catis. et farina fabarum. et semine melonis. et em-
brocetur cum aqua cum acetulata aut melle. Qui autem
antiquus niger. indiget medicinis fortibus calidis.
sicut est semine eruce. et terra argenti vivi. et pipere
et bauraco. Et quandoque non valet in eo nisi epithi-
ma cum arsenico citrino. Et quandoque necessarium est super ipsum
semen almezerium. et ponere sanguisugas super
ipsum. Et stafisagria delet pannum. et vestigia que
assimulantur lentibus. **Capitulum cxiiii. de lentiginibus.**
Istarum quedam sunt nigre. et quedam sunt rubee. **et huius-**
modi sunt difficilis curationis et precipue nigre. Et
cura earum est sicut cura panni. verumtamen oportet ut
fortior fiat. et multiplicet fricatio solo ventosis
cum eis que educunt melancoliam. et supponatur gumentum

Locis punctorum tantum cum medicinis fortibus ex me
dicinis pannum. **capitulum cxv de vestigiis variolarum**
u Variolarum quorum vestigia indigent eis que rulcerum
impinguant corpus et balneo assiduitate donec dele
atur eorum prominentia. Cum autem equantur linia
antur cum litargiro albificato cum oleo rosato et
indiacis cinnamo siccis et semine melonis et
farina risi et ossibus antiquis cum aqua ordei. Et si
vestigia declinant fuerint ad nigredinem administrentur
ministrentur epithimata post balneum aut post vapo
rationem cum aqua calida et adde eis medicinas for
tes sicut semen eruce et semen urtice et gummam dren
et costum. Si vero sunt similes granis lupinorum
tunc fac eis adherere levitatem sicut medicinis
de dactilis quod ita fit. Conterantur dactili cum no
ci cum medulla panis similaginei et fiat ut
adhereat desuper. Et conterantur fere plurimi per
mellis cum semine lini et mucillagine eius cum
quo conficiatur farina simile et impleantur cum eis
et embrocentur cum aqua calida plurimum et i
ungantur cum cera et oleo de liciri et adipe gal
line et anatis. **capitulum cxvi de vestigiis percussionis**
c Consequitur eis cum sunt rubea omnia epithimata
lenia removentia pannum. Et cum sunt ut nigra
aut violacea conferet epithima ex arsenico
citrino cum aqua coriandri huiusmodi ponendo
epithima super epithima multociens et lini
antur cum lapide pumicis et semine eruce post in
clinationem super aquam calidam. **capitulum cxvii de**
e Eradicentur alguosimi omnia que ulcerantur **guoxim**
cutem velociter sicut unguentum de anacardis et
sapo et allia et que eis similantur liniatur desuper
donec ulceretur deinde curetur ulcera et eradi
centur cum lenitate ipsius longo aut abluatur
cum aqua et sale. deinde dissoluatur gluten al
botin cum pice humida deinde liniatur desuper et
dimittatur tribus diebus. Deinde fricetur et scal
patur cum sapone et liniatur et donec videatur quia
iam deletum est. Deinde curetur cum unguento oleo
lidantivo. **capitulum cxviii de impetigine.**
h Hec est res similis sahafati sicce. cui confert as
siduatio inunctionis et ut fricetur vehementer deinde
= aliquo liniatur cum oleo et cum oleis lenificantibus. Et con
ferret ei et ut fricetur cum acetositate citri et lini
atur cum acatia et cum aceto et amoniaco aut
cum mugarth et aceto. Et confert ei oleum de tri
tico et oleum de corticibus nucum viridium. Cum autem
antiqua et fit sahafati et digitis sanguisugis et frica
tione et oleum a sahafati antiqua. **capitulum cxviiii.**
d De hac alia est alba et alia est nigra. **de morfea.**

Et alba quando cum est antiqua deterior est nigra. Et
cum morfee dum non est antiqua est nocivum et absti
nere a cibis humectantibus et sudare in balneo
et assiduatio trifere minoris et zucari rosati | =ial' mell' rosati
confecti cum mastice et thure et solutio cum medica
minis quibusdam in quibus est turbit et colloquintide
pulpa et fricetur locum donec rubeat. Si ergo suf
ficit bonum est et si non liniatur cum cepe aut cum cap | =ial' nigella
sia aut cum rubea tinctorum cum aceto forti et
antiqua vero oportet ut incipiatur cum flomia et
assiduetur inunctio cum medicinis quibus narrabo
ad hanc egritudinem et ad baras et similiter epithi
mata nigre autem confert flomia et solo ven
tris cum eis que educant meliam. Deinde linia
tur cum omnibus epithimatibus pannis fortibus.
Et prohibet ipsum valde aut destruunt per id
si impinguatio corporis fiat et assiduatio bal
nei et vinum album subtile. **capitulum cxx de**
h Huius alia est cuiusqua est asperitas et alia **baras**
cum qua asperitas non est. Et que ex ea asperitas est fa h
cilioris est sanationis. lenis autem et antiqua per
fundata incurrit valde et illa que non rubet
per fricationem et ex qua non egreditur sanguis cum
figitur in ea acus immo egreditur ex ea humiditas
aquosa in ultimatio fiat infigendo superficiem
corporis est difficilis sanationis. Cuius quidem cura
est cum morfee albe. verumtamen est cum medicinis
fortioribus ex epithimatibus et medicinis que
bibuntur quas ego dicam et tingitur et alteratur
cum colore tincture et fit similis colori cutis
a dicitur eum. **capitulum cxxi de lepra.**
h Hec egritudo aut est incipiens aut iam invasit l
ex corpore aliquo aut iam pervenit ad ultimum finium | =ial' malitie sue.
suorum. Et signa incipientis sunt raucedo vo
cis et strictura anhelitus et conturbatio albedi
nis oculorum et rubedo faciei et rubetositas ei
et paucitas pilorum et subtilitas ipsorum et tensus
eorum. Et in huiusmodi homo oportet ut curetur cum
flomia in omni mense post quod ultimatio fiat in
extractione sanguinis et solone ventris in omni
ebdomada cum eis que educunt colam nigram
post quod illud fortiter fiat et provideatur talis di
ebus ad balneum et ad caput de pingui cum oleo viola
ceo et de cucurbita et de nenufare et unctione cum
eo et ad cibos lenes et humidos dulces velocis
penetrationis qui tenerum faciunt corpus et im
pinguant ipsum et ad potationem lac quod est ex animalibus
sanis iuvenibus et sorbeant sorbitiones factas
ex eo et ex zuccaro albo et oleo amigdalino et
ad vinum subtile album cum commixtione que est ad

multitudinem que est maior et ad ciuitatem que illi uicinatur
et ad consimilem usque quo plenus sit homo flebotomie et medicine secundum hoc. Sanat enim hac cura. Et caueat omnes cibos incrassantes sanguinem et calefacientes ipsum de eis que iam diximus in capitulo melie. Et sumat omnia que multiplicant prouocationem urine. Cum autem hec egritudo inuadit corpus et fortior fit in eo et facies fit tuberosa et curuantur digiti et deturpatur forma et spasmantur iuncture ——— et tuberose fiunt iuncture, tunc hec cura quam diximus conuenit ei et non addit. Et antiqui quidem iam conuenerunt quod carnes uipere et tiriaca facta ex ea sanat eam. Nobis autem non est experientia in ea sed est auditum et creditum. Et dixerunt etiam quod confectio nominata albutalbil sanat ex ea. Et ego narrabo qualiter preparetur uipera ad hanc egritudinem et que preparatio sit ei in uino cum decoctione et que preparatio sit ei in uino et que preparatio sit ei in medicina confecta preparata ad hanc egritudinem proprie. Quando autem ulceratur corpus et currit uirus et fetet corpus, tunc cura eius est ut incidatur cauterizentur, ut induruerint loca eorum et non cadant membra tunc. Et assiduet flebotomiam basilice et cephalice et ut non perficeret et cum urina et leuiatur pectus eius et inspissetur anhelitus et cum ea purgatio et humectatio quam diximus, ut prolongetur tempus eius et minoretur corruptio ulcerum eius et putrefactio eorum et corrosio ipsorum et ut perueniat ad regionem huiusmodi accidentalem non superflui frigoris nec superflui caloris et assidue utatur potu lactis asini, quoniam prolongat permanentiam ei. capitulum cxxii. de pruritu

Alia est humida et alia est sicca. Et et scabies. Sicca quidem fit ex multitudine usus salsorum et alcaculamich et reliquorum que adurunt sanguinem ex medicinis et cibis, sicut allia et cepe et uinum purum et amarum et calidum et mel et similia illis, et ex paucitate balneationis et mutationis pannorum et ablutionis corporis a sudore. Cum autem aqua est citrina et alba et reliqua signa eorum sicut disposuimus in sanitate, sufficiunt in cura eius balneum et fricatio corporis cum furfure et cum farina ciceris et cum baurac. Et quando res est grossior, abluatur cum aqua dulci et fricetur cum aceto et oleo rosato cum aqua apii exprimi aut aqua camomille. Deinde abluatur iterum cum aqua dulci calida et ungatur cum oleo rosato. Faciat illud aliquot diebus. Si autem res est grossior illa, indiget epithimate scabiei sicce. Quod si cum ea urina non

est citrina aut minus quam citrina, sed est in ea caliditas et apparuerint in ea signa domini colere rubee in corpore, est necessarium ut flebotomia fiat ipsius. Deinde purgetur cum decoctione mirobalanorum et epithimi et sene et fumi terre ex eis que diximus. Deinde utatur balneo et oleo dulci ut diximus, et uitet omnes cibos salsos et acutos et dulces et comedat insipidos et acetosos. Humida uero non indiget flebotomia et solutione uentris secundum consuetudinem rei eius et indiget fortitudine epithimatum secundum humiditatem suam. Et quanto plus est humidior, tanto plus indiget medicina fortiore in dissicando. Reliquum autem regimen in cibis et medicinis est unum. capitulum cxxiii. de sarte.

Istud fit ex uapore calido plurimo accidente in corpore subito. Cuius cura est flebotomia et leuificatio nature et aqua prunorum et similiter in potu aqua agrestis et aqua granatorum acetosorum et ribes et lac acetosum et alber cum tursil et cibis agrestatis et similibus et portulace et aqua agreste et lacte acetoso et offert ei infusio crisomilorum acetosorum. Et est necessarium in hora commotionis eius et uitet tristitie et angustie ut recipiat corpus eius aquam calidam, quoniam alleuiat ab ea et intumescat corpus eius, nam aer frigidus commouet eam cum ei associatur. capitulum cxxiiii.

Et non commouetur nisi in iuncturis. de halasafi.

Hec ex multitudine sudoris et negligentia ablutionis eius. Cum ergo multiplicatur sudor, oportet ut abluat ipsum ille cui assidua fit albasafi in die ad minus semel cum aqua frigida. Et cum additur et incidit et abluat loca in quibus consueuit exire albasafi. Et post illud oportet ut liniat ea cum aqua rosata et aliquantulo camfore et aceto. Illud namque prohibet ipsum generari. Cum autem egreditur, curetur cum salbafinti. capitulum cxxv. de uermibus. Cum iste multiplicantur in homine, necessarium est extrahere sanguinem et soluere uentrem cum eis que conueniunt in illa, et adhibere regimen cum eis que generant flegma recens et humectent corpus et impinguent ipsum. Sic est dilatatur in cibis laudabilis humoris et pauce grossitiei et assiduatio balnei tempore caloris et multitudo ociositatis et uini subtilis, plurime commixtionis. Cum autem sunt pauce, tunc non curat ipse met nisi cum illis que eas incidunt. Et ex eis quibus ipse delentur est ut fricentur cum foliis cappari siluestris aut cum ynflationem nabati humidis, et enim forte ualde expertum, aut cum rasceren ——— et liniantur cum unguento anacardino aut cum sapone aut cum medicamine acuto, quoniam facit eas cadere et delentur eo, aut ligentur indices eorum cum

i. pustule pussime que fiunt in corpore hominis tempore caloris ex sudore et dicuntur desudationes.

h

h capillis donec cadant. aut obviatur modicis
cum virgis multum humide. capitulum cxxvi de
hac loci ragadiis infantie et labiis et pedibus et palmis
cum non sunt fortes. antiqui curantur cum eis que lini
untur et inunguntur super eas. Et que sunt fortes
antique est necessarium ut infirmo det oleum diebus aliquot
et impinguet cibum eius et multiplicet commixtio vi
no et ammisceatur aqua calida et det in potu de oleo
super expressionem uve et super decoctionem passulaz
de quo sumatur omni die quantitas unciarum .iii. cum
media .iii. olei sisami excorticati. et fricetur pal
ma cum uva alba fricatione bona. et similiter pedes. Et
offert eis ut ponatur in aqua calida donec in
tumescant. deinde fricetur cum unguento c[om]po[si]
to. et si suppuratio fiat in carne donec cur
rat extra sanguis. tunc curetur cum unguento
quod nominatur anacardinum. aut unguento squilli
tico. Et offert ad ragadias labii proprie ut
inungatur labium. et stat ut adhereat pell[is]
ovi. et caune super labium. Et quandoque curatur cum
adipe galline cum galli ... sicut alcohol.
et cum unguento quibus inunguntur inunctione do
na. et involvatur super eas pellis ovi. aut iungan
tur cum cera auris. Capitulum cxxvii.
Apostematum calidorum de apostemate calido.
alia sunt sanguinea alia colerica et conveniunt
eis simul calefactio loci. verumtamen rubedo et ex
tensio cum sanguineo sunt plus quam sint cum coleri
co. et curatio eorum in eis terminis necessarium est
in receptione quod prohibeant eorum generationem. aut quod fi
niat ea minorem quam sunt. Et illud fit in sangui
neo quidem. cum flobotomia ex latere contrario et dimi
nutio. sed in colerico cum solutione colere. excepto quod non
plurimum faciunt calefactionem. sicut sirupus de
prunis. et sirupus rosarum confectus. et sirupus violarum.
et lac acetosum. et aqua casei cum scammonea. deinde est
epithimatibus super locum. sed in sanguineo est eis quod
infrigidant et stipticitatem faciunt. sicut sunt san
dali et rose. et sicut memitha. et camfora. et aqua
rosata et acetum. Et in colerico quod est eis cum quibus
sunt infrigidatio et humectatio sicut psillium con
quassatum cum aqua cucurbitarum. et sicut rasura cucur
bite. et atriplicis. et portulaca contrita. et similia ex
herbis frigidis. verumtamen cum stant apostemata et non addit.
sunt necessaria illa que resolvunt cum facilitate. de
quibus aliquid misceatur cum medicinis primis. verum tamen
ut cum quiescit pulsatio tota et dolor. singu
lariter apponatur resolutiva. Sed apostemati colerico
parum indiget resolutionis quoniam resolvitur per se ipsum
propter subtilitatem ipsorum. Sanguineum vero indiget ut a

adiuvetur cum eis que resolvunt secundum quantitatem
et tempore eorum. Et pervenit apostema sanguineum ad
unam trium rerum. aut enim sanatur cum resolutione.
cuius signum est quod minoratur apostema cum diminutione
pulsationis et doloris. aut collectionem faciunt
saniei. cuius signum est quod assiduatio est pulsatio
nis. et nullam excusationem facit infirmitatio. deinde
modo sedatur pulsatio. et lenitur apostema. aut fit
apostema durum. cuius signum est quod sedatur dolor et mi
noratur magnitudo apostematis. et addit ei durities.
Indiget itaque primum eis que adiuvant ad reso
lutionem secundum quantitatem caliditatis sive et sui
temporis. Et secundum indiget eis que adiuvant ma
turationem ut maturet velociter. et congreget saniem.
et aperiatur. Tertium vero indiget ut studiose con
sideretur. quoniam ipsum quandoque fit apostema quod non sanatur.
Cuius cura est lenificatio eius quandoque. et resolutio ipsius
quandoque. Et non fiat operatio in ipso cum medicinis
que resolvunt. et remaneat ex eis aliquid quod in
lapidem vertitur. Sed cum videris ipsum duritiam a
resolutione. dimitte resolutiva. et cura ipsum
cum lenitivis donec leniatur. deinde iterum reso
lutiva donec resolvatur apostema in extremo suo. hic est
quod canon apostematis calidi. Apostema autem frigidum et aposte
ma molle flaticum. et durum. et scrofule et nodi.
et aldemeinul. et cancer. et exitus alfersiati. et for
mice. et vestigia ulcerum. et vulnerum. et percussionis.
et casus. et erisipila. et restauratio. et exitura.
et similia eorum. et cause difficultatis incar
nationis ulcerum. et reliqua que necessaria sunt. et regimine
viatorum. et cura venenorum. et venenosorum anima
lium. non dimiduntur ad cedendum super illud quod est in
almagesto. iungere quod cum hoc libro. capitulum
de quatuor est. cxxviii. de apostemate frigido.
Aegrotent. aut est ex flatu subtili. aut ex flatu
grosso. aut ex colera nigra. aut ex ventositate.
Signa itaque eius quod fit ex ventositate. sunt quod
est lene. molle. leve. sicut uter inflatus. qui cum
ponitur super ipsum digitum comprimitur et non remanent
vestigia. Et cura eius est. vaporatio cum farina
ordei calefacta. aut cum farina milii. aut cum
cinere. Et melior est cinis quercus. deinde iun
gatur cum aliquibus oleis calidis. sicut sambucino. et
de ben. Si non sufficit. bonum est. et simul. cum emplastris
que sunt cum cinere quercus. et cinere lignorum vitis. con
fecto cum aqua iuniperi. et capillis. et tamarisci. et li
geri. Et caveat habens ipsum repletionem ex cibo
et vino et cibo et aqua. et holerum. et gumma. et sic
cum pati famem. et sic ipsum sitire. Illud autem quod
est ex flatu subtili signa sunt quod est molle. sed est

cum eo aliquantulum spissitudinis et in eo est gummositas.
Et conveniunt istis tribus speciebus albedo coloris. Et
omnibus his quatuor generibus apostematum convenit
frigus tactus. Et clavum est simul ante apostematis ve
tusti. Et quum confert ei quum fricatur cum oleo et sale.
deinde imbibitur pannus aqua cineris cum tritis
et ponitur super ipsum et ligatur cum panno. Et confert
ei linimentum ex omnibus emplastris que mollificant apostemata
calida in fine ipsorum. Et confert ei commixtio emplastri
matris de fenugreco quod diximus. Illud vero quod est ex
flate crosso est et albi coloris frigidi tactus sicut est
cum eo duricies. Si quod est magnum necessarium est ut
solvatur eger et evacuetur secundum illud quod modo curetur
cum eis que diximus in capitulo podagre. Il
lud autem quod est ex colera nigra est frigidi tactus sicut est
cum eo duricies multa et secundum quantitatem duriciei
ipsius est difficultas sanationis eius. Et est ex ipso quod
cum induratur non sanatur. Et in colore ipsius est tene
brositas. Et sicut si super ipsum apparent vene
rubee et est in ipso pulsatio et aliquantulum cali
ditatis tunc est cancer et non sanatur. Et oportet ut
blandiendo ei succurratur ne ulceretur. Et quum
quis existimat stolidus quod sit nodus et perforat ipsum
et fluit sanguis. Ac differentia inter cancrum et nodum
est quod nodus non pulsat et cancer pulsat. Et
coct. ei cura est in principio cum calefactione et subtilia
tione cibi cum eis que diximus in fine apostematum calorum
ex lenificantibus quoque et resolutionibus aliqua vice
cum lenientibus et resolutivis que diximus in tractatu
[illegible] et iam diximus de eis aliquid in capitulo podagre.
Istud est apostema et quandoque capitulum cxxviii de cancro.
accidit incipiendo et quandoque est post apostemata calida
cum indurantur. Et illud quod ex eo est incipiens est
ei cum succurritur quandoque stat et sanatur. Et signum
eius fuit quod incipit apparere simile avellane et
minus. deinde augmentatur secundum dies cum duricia
vehementi et tenebrositate in colore et rotundita
te infigurata et aliquantulo caliditatis in tactu et
quum incipit magnificari apparent in ipso vene vi
rides et fuit ei mors et putrefactio et lepra. Et cura
in eius est cura quam diximus in capitulo melancolie et lepre
ex flobotomia et assiduatione eorum que educunt melancoliam
et permutatione sanguinis totius corporis cum sanguine
novo subtili aquoso temperato per cibos humec
tantes laudabilis humoris et boni. Deinde cum non
est spes in resolutione eius. Verum cum non est cum eo caliditas
et pulsatio tunc non oportet nisi ut curetur corpus ut
ut non augmentetur tantum. Si autem cum eo fuit caliditas et
pulsatio tunc oportet blandiendo succurratur ne
ulceretur ita ut infrigidetur et non permittatur eger

dormire super ipsum ut calefaciat ipsum. Et
confert ad illud ut liniatur ex mucillagine
psillii et cerusa plumbi aut cum aceto et luto.
Si autem ulceratur tunc ulcus eius est turpe malum val
de habens labia rubea et tumida et inversa ex quo
currit sanies mala fetida. Et si fuit in loco possi
bili ei abscisionis omnino sicut mamille et pedibus
et extremitatibus oportebit ut incidatur et val
de auferatur et cauterizetur post illud cauterio pro
fundo. deinde consolidetur. Et si non est in loco possi
bili in quo incidatur auferatur tunc curetur
cum unguento leniente sicut unguentum quod di
ximus ad curandum ulcerum. capitulum cxxx de scro
Iste fiunt in collo secundum plurimum et quandoque fulis.
fiunt in inguinibus et in aliis locis in quibus sunt glan
dules. Et earum signum est apostema durum rotundum albi
coloris quod movetur cum movetur ipsum. Et quandoque sunt
tres aut quatuor similes nuci in [illegible]. Et cum
[illegible] eas apparere fac egrum prius [illegible]
et fac eum cenare acetum et satietate nausiativa.
et fac ipsum vomere et solve eum cum eis que educunt
flegma crossum ex eis que diximus et emplastra locum cum
resolutivis sicut diaquilon et mirtum quod solvitur
cum vino et conficiatur in ipso farina fabarum et
amigdale amare et medulla cum aggregatur et
aceto vini antiqui aut est mucillagine fenu
greci et stercus antiquum quod fit ex stercore cap
ni rubeo cum aggregatur [illegible] cum [illegible] aut cum
oximelle. Omnia ista resolvunt scrofulas. Si autem in malo sanguino
inveterantur aut ulcerantur necessarium est ut extra
hantur et non remaneat ex eis aliquid. nam si remanserit
ex eis aliquid redit et non est ei cura. Deinde
curetur locus donec sanetur et consolidetur. Et forsitan
se magnificant scrofule donec fiant sicut melon
aut maiores et capiunt caput et collum. capitulum
Isti sunt plurium modorum. cxxxi de nodis.
quibus omnibus convenit quod separantur a cute et con
et moventur cum movetur sicut res intrinseca et
tollerantur ut super eos fiat constrictio et continuatur
cum extractione. Oportet ergo ut super eos findatur
cum subtilitate et facilitate ne findatur ipsis [illegible]. vel super eos.
immo findatur cutis ab eis. deinde excorientur ita
ut egrediantur ipsi cum kistis suis. Si autem aliqui
findantur cum diligentissime perquirantur extra
eius quod in ipsis est reducitur. Et si remanet ex eis
aliquantulum redeunt. Et de istis nodis est qui est
sicut glans apparens in manifesto palme
et pedis et in fine [illegible] et miseriaco et super caput [illegible]
[illegible] cum primus eam [illegible] vehementer fit plana.
Cuius cura est ut premat aut [illegible]

plana fiat. Et ponatur super ipsum frustrum pergameni cum aloe et thure et mirra et acatia et glutine piscis et stringatur super ipsum valde. Et frustro sue magnitudinis dicitur autem in pluribus

·i· funiculus

A dumil est. **Capitulum CXXXII de ademenil.**

Aggregatis apertis cuti que multiplicantur in eo quando multi utuntur cibis generantibus sanguinem plurimum. Ille quidem in quo multiplicatur ademenil minoret cibum et properet cum ... et confectiones de melle et lac ... et dimittet cibum suum ad acetositatem. Fortasse enim faciunt collectionem saniei et fit ex eis malitia maxima ledens aut interficiens. Cui quando accidit post ademenil plurima aut exitu tum tremor in corde et nausea et sudor frigidus, illud tunc est signum malum. Et cum ademenil est tunc in initio sue inceptionis tegatur cum eis quibus tegit apta callidum. Si autem pertransierit tres dies et non extenuetur, si permanet eorum pulsatio et febris ipsorum, tunc necessarium est ut saniei collectionem faciant. Quare oportet ut innitatur ad illud ut velox sit eorum maturatio et apertio ex eis que diximus in illis que aggregant saniem. De quibus sunt semen almaru aut lac aut ficus carnose cocte cum melle aut massa tritici cum aliquantulo bauraich et assidue regimen ipsi. Deinde extrahatur quod in ipsis est et consolidentur. **Capitulum CXXXIII de exitum.**

C Cum aggregatur materia ad locum unum fit ex ea exitum magnum valde. Et mirabiliores accidunt in subasellis et in inguinibus. Et illa que accidit in subasellis est fere ledens. Et illa que est in inguinibus est magis quieta pravorum et quandoque non fit collectio saniei. Illa autem que est in subasellis fortasse vacuatur a collectione. Et confert ei in principio flebotomia. Illi vero qui est in inguinibus confert

ex flebotomia de basilica ex manu opposita. Illi vero qui est in subasellis in saphena pedis oppositi aut basilica manus alterius aut ambarum si fuerit res superflua. Deinde procuratur ad illam que est in inguinibus inungendo cum oleo tepido et resolvetur enim et delebitur secundum plurimum. Illa autem que est in subasellis, si non sedatur ei rubedo et pulsatio ipsius post flebotomiam, tunc scias quod collectionem faciet post flebotomiam. Ponatur quoque super ipsam illud quod saniei collectionem facit. Deinde procuretur cum maturatur et curetur. Et non oportet ut approximet huius exitum in subasellis unctio olei quoniam timentur super ipsum ex eo accidentia mala. **Capitulum CXXXIIII de bullitati et vesicis et formica et miliari et igne persico.**

A Albulliati quidem est ulcus cum bothor et cruste et cursu virus et est similis sahafati male. Cui cura est cura ahsahafati male secundum quod diximus ex flebotomia et farmacatione donec totum malum corrupto ulcerit et appositione sanguisugarum. Deinde ex medicinis proceris ad sahafati. Et confert ei in principio lutum et acetum cum linimento super ipsam assidue et excorticatur quoniam exsiccatur et fit donec sanguinem emittat. Deinde iteratur super ipsum; ipsum enim non cessat excorticare corticem unum post alium donec perveniat ad carnem sanam. Que subtiliat corticem tunc et sequitur eum sanitas.

De vesicis. Exeunt in corpore vesicae intra quas est aqua subtilis similis ei que accidit ab adhustione ignis. Quarum cura est flebotomia si corpus est plenum. Et dentur assidue cum aqua primo ... et aqua ... natorum acetosorum et tamarindi et omnia que extinguunt sanguinem et rumpantur vesicae et currit ex eis totum quod est in eis et liniantur cum cerusa pluries et litargiro triturato cum aqua rosata et aqua mirti hi siccato.

De formica. Exeunt in corpore bothor parve una aut plures in uno et aperit locus eius aperitione parvo et quandoque sentit et incipit ulcerari et vadit de loco ad locum. Cuius cura est ... cum eis que conveniunt colam et linitur ipsum cum luto armeno dissoluto cum aceto aut cum epithimate erisipile dissoluto cum aceto.

De miliari. Egrediuntur bothor parve similes milio et quibus est mordicatio vehemens et apertio et cursus viri et color bothor est albus et quod est super eis ... ex carne est rubeum. Cui quidem confert flebotomia et solutio ventris post cum aqua fructuum et eis que educunt colam cum ... sicut sunt mirobalani citrini et scamonea. Deinde liniatur locus cum galla et corticibus granatorum et cortice mesleth et sandali et luto armeno soluto cum aceto et aqua rosata et aqua clara secundum mensuram qua non mordicet acetum. Et confert ei trociscus andaron et mesion et similia eis ex illis que sunt fortis stipticitatis.

De igne persico. Cum in corpore egrediuntur bothor et aperiuntur vel locis pervenit adeo ut fiat crusta nigra aut viridis aut fiat illud quod est in circuitu eius rubeum aut coloris pavonis, tunc illud nominatur erisipila et ignis persicus cum quo est inflammatio vehemens valde. Et oportet quidem ut extrahatur sanguis cum flebotomia ex loco opposito continuatione plurima donec accidat sincopis vel ... et perveniatur ad infirmum cum eis que subtiliant sanguinem absque acuitate immo humectant ipsum et reddunt in aquositate eius sicut aqua

ordei · et aqua melonis indi · et aqua cucurbite assate · et mucillago psillii · et [illegible] tudine eorum que incrassant sanguinem petitur · Sanguis namque cum eo est cavillus (?) in se ipso · Et ponatur super locum ulceris medicine fortis stipticitatis et aliquantulo acuitatis · sicut sunt tiriaca andaron (?) cum posito in eis cillandis (?) · aut flos eris · aut hec medicina quam est proprium ad hanc egritudinem · cuius confectio hec · galle immature que terantur cum aceto · aut liniatur ex alumine et aceto · aut sumatur alumen et quintum est decima eius floris eris · et liniatur cum eo cum ulcus est malum et movetur et ambulat paulatim · Si autem incipit perambulare · tunc oportet ut proiciatur super ipsum medicamen acutum · aut cauterizetur · **Capitulum · cxxxv · de herpete estiomeno ·**

Herpes estiomenus cum accidit a bulla (?) est malo · aut bothor nigra aut viridi · aut cum qui habet colorem pavonis incipiens ambulare et dilatari velociter · tunc oportet ut festinet ad cauterizandum ipsum · aut proiciatur super ipsum medicamen acutum · et liniatur in circuitu eius cum luto et aceto · Cum ergo denigratur et mollescat nigredo · tunc ponatur super ipsum sulphur citrinum confectum cum butiro una vice post aliam donec cadat nigredo · et iteretur illud · Deinde cadat cum corrosa mala tota · postmodum abluatur cum aceto et aqua · et curetur cum medicamine generativo carnis · et non sit negligentia in ipso · quia occupabit ex corpore locum plurimum ·

Capitulum · cxxxvi · de antrace ·

Hec aliud est rubeum · et aliud viride · et aliud nigrum · et unumquodque est malum · Et signa eius sunt bothor et pustula cum quibus egreditur inflammatio vehemens · leves valde · pruritus [illegible] · et fit quod est circuitu eius velociter nigrum aut viride · et accidit eo vomitus · et pulsus cordis et sincopis · et si superfluit iste [illegible] cum eo est mortifer · cito interficit plurimum · Et non oportet ut flobotomia fiat cum hac egritudine · Sed festinet et detur infirmo omnia que confortant cor cum infrigidatione ex eis que diximus in capitulo calefactionis cordis · Et offeratur ad illud granata acetosa · et acetositas citri · et odoramentum redolentium frigidorum · Si autem in aere fuerit pestilentia · tunc erit malum · Et offeratur ei illud quod sumitur ex eis cum lentibus excorticatis et aceto · et cibus congelatis · et que incrassat sanguinem · et confortat cor · et extinguit superfluitatem caliditatis · Et offert ei ut aspergatur in circuitu eius nix plurima · Et hoc quidem plurimum accidit in autumpno · et in fine estatis · Inter[illegible]

in circuitu eius cum medicinis confortantibus cor et infrigidatione loci · Aut scalpella · et ablue sanguinem eius cum aqua calida · ne congelet et cauterizetur · et fugiat [illegible] levi ut egrediatur paulatim · Et si liniatur epithimate frigido · immo cum vides quia accidit ab epithimate et aqua frigida pulsus cordis additur · tunc incipe et embroca ipsum cum aqua calida · et calefac ipsum · et pone super locum cum infirmus est sedens in domo · et circuitu eius nix que prohibent frigus pervenire ad cor · et sublevat plurimum intentionis tue ad conservandam virtutem · et infrigidandum corpus · loci vero ipsi circuitu · sic est pro[illegible] propter illud · Cum ergo allevatur pulsus cordis et deletur · et virtus est fortis · tunc consolida · Et si est perambulans · cura ipsum cum eis que diximus · Et si iam denigratum est · tunc cum eis que diximus est · Et si indiges ut cauterizes · cum est incipiens malum · cauteriza ipsum · deinde consolida · **Capitulum · cxxxvii · de adustione ignis ·**

Confert adustioni ignis · unguentum de calce · et unguentum de cerusa · Et magis ultimum quod expertus sum ad hoc est unguentum album · Et cum est res magis et plurima indiget flobotomia ex latere diverso aut opposito · deinde curetur cum unguento albo · **Capitulum · cxxxviii · de panaritio ·**

> volo intelligere per unguentum album · unguentum quod est factum de cerusa et oleo rosato et cera · et non de pluribus ·

Confert huic ut ungatur oleum tale ne ad[illegible] · et imprimatur in ipso · Cum ergo sedatur pulsatio · et sanatur · tunc illud sufficit · Et si non · tunc ponatur super ipsum quod faciat fieri collectionem · Cum ergo colligitur sanies · et maturatur · perforetur foramine parvo · et exprimatur · deinde curetur illud · ut non capiat radicem unguis tota · Et curetur cum medicamine generativo carnis · Et quandoque confert ei in principio · ut liniatur cum erugine ferri et aceto · et ponatur in nive usquequo obstupescat ·

Capitulum · cxxxviiii · de curatione vulnerum et ulcerum · recentium et putridorum · summa tantum quorum

In curatione quidem vulneris recentis est non est magne quantitatis et profunditatis · sufficit ut coniungantur extremitates eius · deinde et ligetur · et caveatur ne oleum contingat ipsum · aut cadat inter labia eius pilus · quoniam illud prohibet incarnationem · Si autem profundum fuerit · tunc necessarium erit tibi ut super ipsum ponas unguentum carnis generativum · et sufficiens — et ligetur · Et si declinat labium vulneris unum · et elongatur ab altero ad aliquam partem · tunc ligetur ab illa parte · et declinetur ad partem oppositam ei · Et si declinat labia eius ad duas partes simul · et elongatur unum

Marginal notes: in alio cauterizetur / elevatur et [illegible] · in alio locum · aliquid

Inal. si vulnus ex magnitudine sua prohibet ad hoc ut colligatur cum ligatura decenti.

. l' vulnus. l' exitum.

labium vulneris ab alio, tunc ligentur utraque.
Et si ex magnitudine vulneris contingit ut non con-
iungat ipsum ligatura cum ipsum constringimus de-
center, tunc oportet ut suatur in uno loco aut
duobus aut tribus, secundum quantitatem que non permittat
labia vulneris disiungi. Et si fuerit in eo virus
prohibens ipsum conglutinari, erit necessarium medica-
mina exsiccantium et abstersivum viscositatis, et prohibens
currere ad ipsum virus aliud. Cumque perforatur bubo
oportet ut perfores ipsum in inferiore loco eius ut non
retineatur aliquid de sanie in eo. Et efficiatur fo-
ramen quod est in ipso, et constringe ipsum in superiore parte eius fortius
quam in inferiore, ita ut effundatur sanies cum
facilitate. Et in minori casu vulneris in pri-
mis diebus .xx. si non egreditur ex eo sanguis
plurimus. Et fac ipsum inclinare ad actiositatem.
Et si tulerit quod est in interiori vulneris et incipit aperi-
ri, tunc flobotoma ipsum ex latere contrario, ita ut pertran-
sierint tres dies, aut septimana una ei. Et
securitas fuerit a spasmo, fac dilatationem super
ipsum in cibo paulatim. In principio non, non. Et si
non evacuaverit ex vulnere sanguis plurimus. Et
quando vulnus est in latere incisum, aut in loco nervoso
propinquo ossi aut cordi, tunc incipe prohibere
ipsum ne sanies corrumpat membra aut os et cetera.
Et quando est in loco carnoso, tunc dimitte ipsum do-
nec confirmetur eius maturatio. Et quando super vul-
nus ponitur unguentum et calefacit ipsum et tubero-
sum facit, tunc incipe et permuta ipsum ex tumore
eo. Et quando detumescere ipsum facis et facis ipsum
album, tunc cura ipsum cum unguento callidiore eo
paulatim. Et fiat scissio semper secundum longitudinem
corporis, non in latitudine, in omnibus locis equalibus que
eminentias non habent. In locis autem que sunt flexibi-
lia procedat cum flexibilitate accidente in illo lo-
co. Et cum vides super illud pus aut albedinem, tunc
adde in acuitate unguenti. Et quando vides quod
currit ex eo virus et dolorem cum mordicatione,
tunc seda exacuitatem eius aliquo et prohibet sub-
tilitatem eius. Et in ulceribus quidem difficilis sa-
nationis et malis indiget homo ea flobotomia et so-
lutione ventris, deinde curatione cum unguen-
to. Et multa que sunt putride curius, est necessarium ut
curatio fiat cum unguento viridi. Et quando sunt
vehementioris putrefactionis, cum medicamine
acuto, deinde cum butiro usque quo cadat cortex,
deinde curetur usque quo sanetur. Capitulum .cxl. de
fluxu sanguinis ex vulnere.
Oportet ut queratur
locus ad superiora, et stringatur et infundatur cum nive, et
firmantur sanguis draconis et aloes et sarcocol-
la et thus tritum sicut pulvis, et sumantur pili lepo-
ris aut gazel aut tela aranee, et fiant in ea-
tenate que maxime fiat in albumine ovi, et involvantur
in medicamine, et impleatur inde vulnus, et pul-
verizetur desuper hoc medicamen, et ligamine con-
stringatur. Et quamque confert ei hoc medicamen cuius con-
fectio: Recipe atramenti et sanguinis draconis et
aloes et calcis non extincte et albuginis ovi.
Quod administretur cum pilis leporis aut gazel aut
tela aranee. Et si sanguis fluat ex vena inci-
sa, tunc signa eius sunt ex vulneratione ipsius et
multitudo eius. Et tunc quidem est necessarium aperire
vulnus paulatim cum subtilitate, ita ut consequatur
orificium vene, et stringatur cum filo lini subtili fir-
mo. Deinde curetur ita ut stringatur quod est super vul-
nus cum ligatura, donec abscidatur sanguis.
Deinde pulverizetur super vulnus ex medicamine
per quod conglutinantur labia eius et consolidentur, et ponatur de-
super ex medicamine et albugine ovi, et non
solvatur tribus diebus. Quod si fluxus sanguinis est
ex arteria, est magis difficile constringere ipsum. Et
signum eius est quod sanguis impetuose egreditur ex
vulnere, et egreditur una vice et absciditur alia. Tunc
ergo est necessarium ut stringatur et cauterizetur sicut magis,
aut adhibeatur ferrum quo incidatur et radatur. De-
inde curetur locus. Fluxum vero sanguinis qui est ex venis
labiorum abscidit retentio nimis more. Sed fluxum
sanguinis qui est ex sanguisugis abscidit est super
ipsum in visceribus fabe medietas et abscidit ipsum,
et ut pulverizetur desuper pulvis molendini aut
infundet cum nive. Capitulum .cxli. de summa curationis
algebre et dislocationis et fracture.
Maior error cum accidunt
percussio et casus et dislocatio et fractura et tortu-
ra, ut addat dolor loci propter positionem fracture de-
super aut plicaturam strictus. Cum ergo accidit
casus aut percussio et non advenit cum ea disloca-
tio, tunc non indiget compressione nisi extensione ordi-
nis, ungatur subtiliter si non est fractum, et impleatur
emplastro algebre sedante dolorem. Et stringatur
leviter ligando. Et caveat ne stringat membrum
illud laborando. Et si est fractum, tunc oportet
ut ungatur et tendatur et premat secundum quantitatem
qua oportet ut redeat os ad locum suum cum ma-
iore facilitate que possibilis est ei. Et signum quod
huius fracture est quod apparet eminentia ossis et
expulsatio eius. Fissura vero et contritio in longitu-
dine et latitudine molle non indiget in unc-
tione in equatione. Verum dislocationi est necessarium
ut extendatur donec sit possibile ut redeat ad
locum suum. Verumtamen oportet ut fiat in summo extremi-

tate et subtilitate. et cum minore quantitate dolo-
ris quam nobis possibile est. Et minoretur cibus eius in pri-
mis diebus usque ad septimanam. donec securitas sit
a bapsire in loco. Cumque securitas fit a bapsire.
tunc absoluatur ei cibus paulatim. Si autem tardatur in-
carnatio fracture. et corpus est extenuatum. alletur
tunc frumento cocto usque quo sit quasi puls. et pul-
tibus. et cibis grossis. et capitibus. Et quando commouet ex
strictura ligaminis dolor. mollificetur ipsum paulatim.
et non dimittatur ut tolleret dolorem eius. quoniam fiat
incurrere apostema. et putrefactionem. et corruptionem
in membro. Et quando commouetur sub ligatura pruritus.
solue. et embrocca cum aqua calida. et dimitte
horam unam donec exsiccetur. et reitera. Et quando non
fuerit dislocationi donec aperiatur. tunc non ex-
tendatur. quoniam non fortasse saluabitur a spasmo.
Et oportet ut cirurgici in allisione caueant ne
cadat super locum in planum. et fiat dolor fortis. et com-
primatur ad aliud latus. non ad illud ad quod oportet
ut comprimatur. Et si fuerit cum eo vulnus. di-
mitte orificium vulneris discoopertum ut cur-
rat ex eo virus. nam si illud non fit inter apostema.
Et si infixum fuerit frustum ossis pungens.
Cuius signum est quod inde ipsum eundem tenuit sicut
spinam altam eminentem. et quando pertransierit manus
tua desuper. fortior fit dolor et pulsatio. tunc
oportebit ut aperiatur. et extrahatur frustum
si fuerit separatum. aut separetur si fuerit adhe-
rens. deinde curetur cum ligatura. Et non ligetur ante
illud. quoniam commouetur inde putrefactio in membro to-
to. Et lenit duricias que remanent ex algebra
cum cera et adipibus. et medullis. et reliquis lenifica-
tiuis ex eis que diximus. Et offert casui et percus-
sioni. et sedat dolorem si soluatur mumia in oleo
et bibatur super vinum parue quantitatis. aut super
aquam cicerum. Et offert ei cum accidit sputum
sanguinis. ut sumat in potu boli armeni.
et trociscos de carabe. et flomet ex plantagine diviso.
Et offert ei qui cadit super ventrem. ut sumat
in potu carabe. et boli armeni. et sanguinis dra-
conis. omnium ana ℥ i. et opii. Keiratee i. cum hiis
fluxum sanguinis aut vomitum. Retinet enim ipsum
subito post flomia.

Capitulum cxlii. de animalibus pungentibus et mordentibus et habentibus venenum. et venenis.

Confert ei qui in potu
sumit venenum unius saliue. ut detur ei in potu
aqua calida. et oleum. et euomat una vice post
aliam cum utrisque. deinde bibat lac. et oleum
amigdalinum. et butirum proprie. Illud enim sedat de
malitia veneni. Et consideret post illud quod accidit
euenit in corpore. Et si accidunt febris. et ru-
bedo faciei. et malus odor oris. et fetor eius. et citri-
nitas coloris et oculorum. dentur in potu res infri-
dantes et extinguentes. Et si apparuerit pig-
ritia. et somnus. et congelatio. et stupor. dentur in po-
tu res calide. sicut medicina de asa. et ei similia.
Et offert ei qui timet quod in potu sumat vene-
num. assiduatio comedendi ficus. et nuces. aut
sumat omni mane de tiriaca de terra sigillata. quoniam
proprietas eius est facere illud. proprietas namque huius
medicine est. ut cum attingit venenum eius in cibo.
educit ipsum vomitu. Et quando accidunt ex po-
tu veneni sincopis cum subuentione pulsus. et de-
bilitas. et dissolutio virtutis. tunc ipsum est ex
veneni malis [illegible] oppilationem cordis tota sub-
stantia. et aquam frigidam offert in eo curationi. non suma-
tur bezahar resistens ei. Et ego quidem iam indi-
co quod resistit napello qui est ex ~~medicinis~~ quas fuit
certioratum. Et quandoque offert ei diamuscum recens. et
tiriaca diacinee. licet non viderim ei in expul-
sione napelli magnum iuuamentum. In puncturis
vero non imperare est mirabilis valde. Cum autem mor-
sus siue punctura animalis ignoratur cuius sit.
tunc stringatur quod est super puncturam. et ponantur
desuper ventose. et sugantur. et findantur pulli-
cenorum et ponantur desuper. deinde ponantur desuper
ventose. et sugantur. et reaportentur cum eis. et po-
nantur desuper [illegible]. Et si illud in ea
peruenerit ad putrefactionem et corruptionem. ab-
scindatur locus si fuerit in loco conuenienti incisioni.
aut cauterizetur. Incipiens enim peruenit ad cor-
ruptionem et putrefactionem. et sufficientio quod est
puncturam animalis pretiosi. Dum autem non incipit
tendere ad putrefactionem et corruptionem. quam-
uis sit vehementis doloris. cum non sit ei velox per-
ambulatio in corpore. non est malum egro ex eo.
et tunc est decius cum cadit punctura iuxta
cor. aut in arteria magna. Illud vero quod offert
puncture vipere est tiriaca magna. Et quandoque con-
fert ei metridatum magnum. et medicina de asa.
et butirum vetus et medicina de berlo. et comestio
alliorum. et potus vini puri. Contra morsum autem
scorpionum. offert napoctio et asa. et allia.
et medicina de asa. et tiriaca diatesaron. et epi-
thima cum euforbio. et oleum antiquum. Ad pun-
cturam autem puncturam offert tiriaca alascentu
et poma acetosa. et folia eorum. et tantum yracon. et ab-
sinthium nabathium. et scalpellatio in loco mor-
dicationis. et sugetio. [illegible] autem mordicati-
oni. offert balneum calidum valde. et tiriaca. et

sepeliri in arena · et cinere calido · et accipe
pulverem de nigella · et semine apii · et medi
cinam de asa · Vespe autem et apis punctum
offert epithimia cum bolo armeno et aceto et
et camfora · et suppone frustum gradi[illegible] in
Pro Pino damasceno. pruna ...
Pro Peucedano. succus ...
Pro Ponfiligos. acatia vel succus ...
Pro Pistaceis. nuclos pinearum.
Pro Pipere longo. zinziber et eius.
Pro Pompolio. lanugo ...

Pro Polio ... se. eruce.
Pro Pertrosilino se. apii se. et eius.
Pro Pipere nigro. zinziber. camedrios
Pro Pisteron. cameleonta vel
Pro Pomis citri. cortex eius. vel cortex mespilorum vel psycorum.
Pro Pomo mandragore. se. iusquiami.
Pro Psillio se. citoniorum vel linaria.
Pro Papiri foliis. folia rubi vel eius ...
Pro Pinear. staphisagria vel ...
Pro Pulla. acetum vini forti ... ponatur due partes cum ... et detur ad bibendum.
Pro Policaria. leuistica.
Pro Pomo citri. hasta regia.
Pro Risi. flores ...
Pro Rore Syriaco. lapdanum ...
Pro Rosis siccis. folia ...
Pro Resina. picula vel terbentina
Pro Rubo. ramnus
Pro Raphano. oleum citoniorum.
Pro Raphanino oleo. succus eius.
Pro Radice ... codium
Pro Rodoleon. omfacinum.
Pro Rad. ... rad. ... vel rad. ...
Pro Rad. cappar. radix tamarisci vel
Pro Reubarbaro. reuponticum vel radix genestre vel radix ... vel ...
Pro Sale armoniaco. sal capadocum vel
Pro Semine mandragore. se. iusquiami
Pro Femur ... satyrion ... vince
Pro Saturnombi. semen ... vel sem.
Pro Squilla. bulbus vel cepa rubea vel ...
Pro Storace rubea. testiculos satirionis ...
Pro Storace. costum vel castoreum.
Pro Silphio. centaurea vel ... maior
Pro Scordeon. ...
Pro Sticados. camedreos et eius.
Pro Succo cucumbite. succus malorum ...
Pro Sandali rubei. berberis vel spodium vel bliteus vel abrotanum.
Pro Succo ... succus ...
Pro Semine cucumbite. se. ... vel sem. pomorum dulcium.
Pro Semine psillii. sem. citoniorum.
Pro Succo ... succus cameleonte vel ...

stercore que in triginta diebus extrahatur et teratur bene et administretur ex eo quantitas ℥ ii et liniatur cum aceto forti commixto. Confectio epithimatis ad scabiem siccam et pruritum. Recipe baurach et ueneris et salis et muriae et costi dulcis et gummi omnium ana ℥ ii storacis liquidae ℥ v liniatur ex eo cum oleo rosaceo corpus totum et dimittatur tribus horis deinde abluatur. Confectio pillularum de mirobalanis ad scabiem quas sumat omni ebdomada semel aut bis. Recipe mirobalanorum citrinorum ℥ xxx aloes ℥ xv scamoneae ℥ v. Quantitas dosis sit ℥ iii. Modus confectionis alkesme ad scabiem et ad saluitatem et ad tristitiam. Recipe mirobalanorum citrinorum ℥ c senae et fumi terrae ambarum ana ℥ xxx kesmes quantum aggregetur ei bibatur ex ea omni die quantum est nux mane et sero.

Epithima ad morpheam albam. *De morphea alba.* Sumant capsia et rubea et semen urticae et gummi et sinapis et terantur cum aceto forti et liniatur in sole. Confectio epithimatis ad baras. Recipe capsiae et blitis et staphisagriae et uerucis cantaridarum partes equales liniatur cum decoctione tuberis facta ex aceto uini. *De morphea nigra.*

Epithima. Recipe seminis urticae ℥ x gummi ℥ ii costi ℥ ii liniatur cum aceto uini. *De pannis et lentigine.*

Epithima. Recipe farinae lupinorum ℥ x seminis urticae et seminis erucae et costi et amigdalarum amararum et salis armoniaci et piperis omnium ana ℥ ii armoniaci ℥ ii et dissoluatur armoniacum cum adipe et coniungantur cum eo et fiat ex eis forma auellanarum et dissoluatur cum nocte et liniatur cum aqua azedarach in nocte bene epithimando et abluatur in mane cum decoctione seminis melonis et furfuris et uiolarum siccarum. Et ua... potest loco eius quando epithimetur cum aqua calida et inclinetur super eam donec rubeat et sit post balneum. Confectio epithimatis albus ad pannum et expertum. Liniatur cum sarcocolla dissoluta cum aqua aut cum felle uaccino. *De impetigine.*

Confectio epithimatis ad impetiginem siccam in ultimo siccitatis. Sumantur olei de cinsdomulus ℥ ii in quo dissoluantur bdellii et picis ambarum ana ℥ iii moueatur cum aqua in mortario donec sit sicut unguentum et ungatur loco. *De sanguine mortuo ex percussione aut aliis.* Sumantur arsenici rubei et lapidis calcis partes equales thuris quarta pars unius fiant inde collirium et liniatur cum nocte et cum aqua coriandri. *De eis que dicuntur uestigia uariolarum et ulcerum.* Sumantur litargirum combustum

et radices cannae siccae et farina ciceris et ossa uetusta et farina ui... maturi et gumma albeni et costus aggregentur et terantur et liniatur cum eis in nocte et abluatur in balneo sole. *De gumentis.*

Confectio gumentae clarificantis faciem. Sumantur amigdalae dulces et dragagantum et farina ciceris et fabarum et conficiantur cum aqua ordei et liniatur in nocte et abluatur in mane cum aqua furfuris. Gumenta clarificans faciem et rubificans eam experta. Sumantur cere et rubea et thus et mirra et mastix equali mensura et aggregentur cum aqua bulbi et liniantur et fiant collirium et liniantur cum aqua et dimittantur tribus horis deinde lauetur cum aqua calida. Et multum utatur in mane ciceris et aqua ciceris et sumat pondus ℥ ii pulueris ysopi et tertiam ℥ i de eo aliquot diebus. Confectio gumentae rubificantis faciem. Sumantur sinapi album et arsenicum rubeum et conterantur simul cum lacte et fiat simul gumenta cum eis septem diebus. Confectio pillularum ualentium ad lepram. *De melia.*

Confectio et melancolia et egritudines melancolicas experta. Recipe epithimi ℥ x pulpe colloquintidae ℥ v ellebori nigri ℥ iii et terra centauree ℥ v yerepigrae agarici salis indi omnium ana ℥ v sticados ℥ vii pollipodii ℥ x dosis eius ℥ iiii. Confectio pillularum conuenientium melie conferentium egritudinibus melie et timori. Recipe epithimi ℥ xx polipodii et agarici ana ℥ x ellebori nigri ℥ v magnetis ℥ iii salis indi ℥ v sticados ℥ vii fiant pillule de quibus sumat ℥ iii. Decoctio epithimi conueniens melie bona melie et impetigini et scabiei et morpheae nigrae. Recipe mirobalanorum nigrorum ℥ x polipodii ℥ v senae ℥ vii turbit ℥ iiii passularum enucleatarum ℥ vii herbe eupatorii ℥ v sticados epithimi amborum ana ℥ x decoquuntur omnia preter epithimum donec dissoluantur deinde proiciatur super ea epithimum et compleatur decoctio eius et coletur. Deinde sumat ex ea in potu per uices quarum rememoratio precessit aut cum agarico et salce et sale indo et elleboro nigro. Confectio medicaminis ad illum cui aduenit epilia et commotio cerebri. Recipe sticados ℥ x agarici ℥ ii et siseleos ℥ iii uiolarum siccarum ℥ v conficiantur cum kesmes et comedatur inde quantum sunt nuces due aut tres. *De melia et timore.*

Sumantur mirobalanorum ℥ xx harmel et mastici et serasabican et marum albi omnium ana ℥ v epithimi ℥ xv sticados ℥ x agarici ℥ v ellebori nigri ℥ v gariofilorum ℥ ii melliss...

Pro semine sinapis semen nasturcii
Pro Sanzuca scilicet saturegia uel hasta regia uel mellissa uel calamentum uel origanum.
Pro Scamonea radix cucurbite agrestis uel lac titimalli uel stercus soricis uel euforbium.
Pro Salamandra lacerta uiridis
Pro Succo endiuie succus cicoree
Pro Scariola cycorea
Pro Sisamo semen lini
Pro Scolopendria lactuca uiridis
Pro Sychen armeno absinthium.
Pro Succo mori rubi folia.
Pro Sale treno Gipsus [illegible]
Pro Sarcocolla succus centaurie

Pro semine acanti semen lini.
Pro semine apii scilicet rape uel lactuce
Pro semine dauci semen pastinace uel [illegible]
Pro Sisimbrio ozimum et econverso
Pro Simona flos syriacus
Pro Squama eris folia oliue.
Pro Sandonico abrotanum.
Pro Serpentaria
Pro [illegible] uiua crassula uel umbilicus ueneris uel cymbalaria.
Pro Staphizagria piretrum et econverso
Pro squinanto cardamomum.
Pro spago [illegible]
Pro sepo ceruino adeps anseris

Pro sepo lupi adeps ursi
Pro terebentina mastix et econverso
Pro thimo saturegia et econverso
Pro tamarindis prunia damascena
Pro titymallo cameleonta
Pro thuthia ossa ... ablatorum ...usta ad pannum oculorum et dd' eius maculas propter ...
Pro thamarisco genesta uel cortex fraxini uel merice uel mirra et econverso.
Pro tyriaca metridatum uel esdra magna
Pro tibapiro succus sandaracae.
Pro tartaro mirra
Pro turbit ezula et econverso
Pro uisco quercino succus quercus.
Pro uinis passe carnes dactilorum uel grana dactilorum.
Pro uiol' ~~...~~ flores amigdalarum uel cerasorum uel persicorum
Pro unguento fusco agrippa in omni loco ualet et mulieribus.
Pro uino malorum granatorum succus pomorum siluestrium uel uinum austerum.
Pro uermiculari cimbalaria
Pro xilobalsamo edera uel succus ciperi uel menta uel uolubilis.
Pro ypoquistidos mandragora uel acatia uel dragagantum.
Pro ysopo thimus
Pro ypericon scilicet aneti et econverso uel asarum
Pro ysopo coroto medulla uitulina
Pro yri illirica yreos et econverso.
Pro yarti flore mirra uel mirta
Pro yusquiami semine scilicet cinoglosse
Pro zizania semen lini.
Pro zinzibere piperis uel piper longum Explicit

Pro [illegible] bursa de mayo

.i. ozimum gariofilatum.

ʒ. iii. selemiemuski. ʒ. v. corticum citri macerate.
lingue bovis tritum maceratum. nucis muscate. gallie. ol
um ana ʒ. i. agregentur post contritionem cum lier
mes. et melle. Modus confectionis letificantis.
ad timorem. et tristitiam. et impinguat. et faciat
colorem bonum. et odoriferum efficiat omnes odorem. et
sudoris. et confert pulsui cordis. et si assiduet
letificat animam. ita ut extrahit eam ad cogitu
dinis similem abhominati ex multitudine risus
et leticie anime. Cuius commixtio. Recipe. rosarum rube
arum ʒ. vi. ciperi ʒ. v. gariofilorum. et masticis. et
spice. et asari. omnium ana ʒ. iii. cinami
et cassie ambarum ana ʒ. ii. macis. et cardamomi.
et been. et nucis muscate. omnium ana ʒ. i. terantur
et optime commisceantur. Et decoquatur libra embli
corum cum septem libris aque. donec remaneant tria.
deinde coletur. et ponatur super ipsum libra mel
lis. et decoquatur donec inspissetur. et pulverizetur
desuper commixtio. et moveatur cum ligno salicis. aut
ligno citri lato. donec permisceatur. et reponatur.
et sumatur sicut sumitur triferia. et ponatur in ipsum po
dus sexte partis ʒ. unius de musco. quoniam est magis
conveniens. Quidam vero homines ponunt in ea be
ten gemische. et melisse. et margaritarum. et fo
lii indi. omnium ana ʒ. ii. Et in descriptione alia
macis et gariofilorum. et nucis muscate omnium
ana ʒ. ii. et non sumatur nisi in hyeme. De facientibus
Somnum. seminis aneti ʒ. ii. cimini et bus (?) subet.
mitre amborum ana. tria partis ʒ. i. iusquiami se
xta partis ʒ. i. mandragore licentia. i. opii duo grana
na et semis. agregentur cum mucillagine fenugreci.
Confectio somnifera frigida. Recipe. seminis lactu
ce. et corticum papaveris. et fabarum excorticatarum.
et seminis portulace. et silerengi (?). omnium ana ʒ.
ii. opii. gummi duo et semis. agregentur cum mucila
gine psillii. et est dosis una. De dolore capitis et e
Confectio yere magne. in loco pillularum. migranea.
cochiarum. conferentis ad dolorem capitis. et epilentiam.
et vertiginem capitis ex repletione. et tenebrosi
tatem visus exhibitam (?). et minuitur aqua. Cuius con
mixtio. Recipe. yere pigre ʒ. x. pillarum per collogintidam (?)
ʒ. iii. et terram (?) scamonee ʒ. i. et semis. turbit. et sti
cados amborum ana ʒ. v. et ipsa est dosis. x. Con
fectio embrocce ad dolorem capitis calidum. et
vigilias. et birsem. Sumantur viole sicce.
et ordei excorticati. et seminis cucurbite. et semine
lini. et psillium contritum. et cortices papaveris. et semini
altee. et semini lactuce. et semini portulace. et rose.
decoquantur donec dissolvantur. et ruben fiat aqua. et
fiat embroca cum ea. Confectio embroce ad

dolorem capitis frigidum. et ventositatem crossam (?) ca
pite. Recipe. camomillam. et sticados. et sisimbrium. et san
suci. et beringetisi (?). origanum. ordeum. et folia la
uri. coquantur omnia sicut prima. et embrocetur cum eis
caput. De emigranea
Confectio epithimatis ad dolorem capitis fri
gidum. et emigraneam ex ventositate. et dolorem
auris frigidum. Recipe. castorei et euforbii. et opii. et
storacis liquide. et piperis. et foliorum rute. et calami
ti. et sinapis partes equales. fiant trocisci. et ebro
cetur. et dissolvatur in oleo. et sit oleum costinum. aut
nardinum. et distilletur in aurem que est in latere doloris.
Confectio epithimatis ad emigraneam. et dolorem
capitis calidum. Recipe. semen iusquiami. et semen lactuce.
et sicef menithe (?). et rosas. et sandalum. et fusfel (?). et
radicem mandragore. et opium. fiant ex eis collia.
et distilletur ex eis in aurem cum oleo rosato. et aceto
vini pauco. primum autem dissolvitur cum oleo costi
no. aut oleo nardino. Confectio capud
purgii ad dolorem capitis et emigraneam calidarum.
et ad dolorem auris cum caliditate et pulsatione. Recipe.
opii. et camfore. partes equales. fiant ex eis collina
similia lenti. et dissolvatur ex eis cum nectum fuit
unum aut duo in oleo violato. et distilletur in au
rem et nasum. et est bonum expertum. Capudpurgi
um ad dolorem capitis frigidum. fiant collia ex
euforbio et castoreo partibus equalibus. et dissolvatur
cum oleo rosato. in quo decoctum est costum. et distilletur
ex eo in nasum. De tremore
Confectio pillularum conferentium tremori perfecte. et mira
bilis. Recipe. piretri. et castorei. et capsie (?). omnium ana.
ʒ. iii. sarapini et pulpe collocintidis amborum ana.
ʒ. iiii. yere pigre ʒ. v. Cuius dosis sit ʒ. ii. et semis.
Modus confectionis ad tremorem. Recipe. mirobalanorum
nigrorum ʒ. xxx. savine ʒ. x. thuris ʒ. vii. ci
peri et acori amborum ana ʒ. v. Et ponatur loco
savine. et erit magis ultima. et melior.
Confectio trociscorum sedantium sitim. et suscitantium
subet. et delent alienationem et febrem. et dolorem
capitis. Recipe. seminis lactuce. et seminis papaveris. et
cucurbite excorticate. et seminis portulace ol
um ana ʒ. x. succi liquiritie et amili. et
dragaganti et opii. omnium ana ʒ. iii. terantur omnia et
conficiantur cum mucillagine psillii. et fiant ex eis
xx. trocisci. cuius dosis est trocisci unum. Et isti quod
magis necessarii sunt patientibus vigilias et alienati
onem. et quando res sit fortior. et superfluit. detur in potu
cum aqua coriandri viridi. aut cum aqua lactuce. aut
aqua atriplicis. et cucurbite et similium. De tortura
Confectio capudpurgii ad torturam. et paralisim.

et dolorem capitis. et egritudinem frigidas. Recipe castorei ℥ i. opii. et piperis. et calamenti. et galbaneti. et pulegii. collaginide. et bauriach rubei. et euforbii. et fellis bovini exsiccati. omnium ana ℥ iii. fiant collia. et fiat ex eis cum oleo pinguium cum auricule muris aqua. aut oleo [illegible]. Et in alia descriptione castoreum [illegible] equale. Confectio pillularum fetidarum maiorum que ponuntur ad paralisim. et ad torturam. et ad podagram frigidam et antiquam. et incidunt humorem crudum viscosum. et sunt loco yere maioris. quarum confectio Recipe yere pigre ℥ x. pulegii collaginidi ℥ v. serapini ℥ i. centaurie minoris et plantaginis omnium ana ℥ v. euforbii ℥ ii. et s. castorei ℥ gingiberis. et asse fetide. et sarapini. et opoponaci. et cupressi. et sinapis. et piperis omnium ana ℥ i. dissolvantur sarapinum et assa cum aqua tiriace. ex quibus conficiantur medicine. et fiant ex eis pillule. que erunt x doses. de quibus sit dosis ℥ iii. et tertia.

De paralisi.

Confectio anacardini quod est tiriaca paralisis et torture et apoplesie perfecte. Et hoc quod medicina sanat corpus statim. et sudare facit. oportet atque ut ipsum cooperiat ita ut sudet. Cuius confectio. Recipe gingiberis et piretri. et nigelle. et costi. et piperis. et macropiperis. et acori. omnium ana ℥ x. mitte et foliorum rute. et assefetide. et genciane. et aristologie. et baccarum lauri. et castorei. et euforbii. et sinapis. omnium ana ℥ v. mellis anacardi ℥ v. et tantum. involvantur cum oleo de nucibus et conficiantur cum melle. et dicitur sic nabaca. Et ipsum quod sunt loco assarselum. in omnibus egritudinibus frigidis. et inflammat cor statim. et attrahit febrem. bonum spasmo humido. et gravitudini lingue que fricatur cum eo. et destructioni sensus membrorum que cum eo emplastrantur et fricantur. et est medicina magne bonitatis. Confectio anacardini minoris ad morfeam et albaras. et lentigines. et oblivionem. Recipe mirobolanorum nigrorum. et belliricorum. et emblicorum. omnium ana ℥ xxx. olibani. et ysopi. et gingiberis. et piperis. et mellis anacardi omnium ana ℥ v. mellis apium quo conficiatur. dosis sicut prima. Et quandoque addunt in ipso acori et ciperi. et spice. omnium ana ℥ v.

De epilensia.

Confectio ad epilensiam. valde est bona. Recipe piretri et sticados. quod est aniuden romanum. et sticados omnium ana ℥ x. agarici ℥ v. coronini recentis et assebone. et aristologie rotunde. et affodilli et radix asari. et radicis liquiritie. et carpobalsami. et ligni peonie. omnium ana ℥ ii. Et exprimatur aqua squille. et fundatur super tantum mellis. quantum ipsum est. et coquatur cum eo. et si [illegible] medicine. Est est bona ultima. Et [illegible] ultimum in vanitate. yera hermetis. et anacardini mixtis. et yera pigra cum ea assidue utitur. secundum quantitatem virtutis. et etatis. et temporis.

De corriza.

Confectio formarum similium avellanis ad corrizam. Recipe thuris. et storacis liquide. et costi. et sandaraca partes equales. fiant ex eis forme similes avellanis. et suffumiget patiens corrizam ex una earum cum instrumento. quoniam abscidet fluxum nasi statim.

De apostemate.

Epithima. Recipe cyperi. et luti. et farine. et lenticularum frixarum. liniatur cum aqua germinatorum et aceto. et ligetur. et in descriptione alia loco ciceris ponitur alumen.

De serpentibus.

Confectio medicaminis ad lumbricos. Sumatur citri excorticati. et sinich. et turbit. et seminis nil partes equales. lupinorum plurima. cambil mediciatis partis. Et bibat ante ipsum lac caprinum tribus diebus in mane. et stringet in quarto die. postea bibat parum lactis. deinde incipiat bibere hanc medicinam dissolutam in aceto commixto cum lacte quantitate ℥ vi. et bibatur cum fimus est valens.

De fluxu sanguinis a naribus.

Confectio medicaminis. flos eris. et albugo ovi. ponantur super eam. quoniam retinet sanguinem. Confectio alia. ciminum et calx sunt bona posita super eam.

De vesicas.

Confectio medicaminis. Sumatur cerusa de plumbo. et climia argenti. et litargirum. et bolus armenicus. et camfora. aggregentur cum mucilagine psillii. et cerusa et aqua solatri et aqua.

De adustione ignis.

Atramentum et acon. super que pulverizetur castoreum et opium. et sit in eis parum olei rosati. et liniatur secundum dies aliquot.

De eis que consolidant ulcera. et faciunt nascere carnem.

Terminatur litargirum tritum. et imbibatur paulo aceto. et oleo. et teratur. ita ut cum equatur administretur.

De medicinis oculi.

Confectio collirii albi. Recipe ceruse plumbi ablute ℥ x. sarcocolle grosse ℥ iii. amili ℥ ii. dragaganti ℥ i. opii ℥ s. fiant collia. et administrentur. Confectio collirii rubei. lenis. floris eris quod sit imminens eris ℥ iii. colcothar adusti ℥ iii. eris usti ℥ ii. mirre. et croci amborum ana ℥ i. piperis ℥ s. fiant ex eis collia cum vino bono. Confectio dus fistule evenientis in lacrimali oculi. huius fistule cura est cauterium. Quod si non administratur cauterium. administretur hoc medicamen. Cuius confectio Recipe aloes et sarcocolle. et sanguinis draconis. et mirre. et thuris omnium ana ℥ v. climie argenti ℥ x. balaustie. et boli armeni. amborum ana ℥ v. floris eris ℥ i. et s. terantur medicine iste. et cribrentur

[illegible]

[illegible]

· alibar

· almusarragi est cum rumpitur cornea et egreditur per ruptu ram uuea.

locus saliua · et puluerizentur desuper · ¶ Confectio collirii uiridis de flore eris ad sebel · et ad sebel · et albuginem · et tenebrositatem et ungulam · ℞ floris eris ʒ iii · colcotar rubei adusti ʒ vi · arsenici rubei ʒ i · baurach · et spume maris amborum ana ʒ i · et in descriptione alia ʒ iii · sal' amoniaci · ʒ ß · amoniaci aureum i · Resoluatur amoniacum cum aqua rute · et fiant collíria · ¶ Confectio collirii faciens nasci carnem in ulceribus oculi · et prohibens almusarragi · et subtilians bothor · ℞ climie ablute · ceruse · tutie · alcohol · olibani · omnium ana ʒ ii · mirre ʒ i · sarcocolle ʒ i et ß · sanguinis draconis et aloes · amborum ana ʒ i · opii tritici · fiant modo collíria · Et est bonum ad ulcera et almusarragi · et exsiccat ea · et facit nasci carnem · et non remanet eius uestigium · ¶ Confectio collirii de thure maturans ulcera · ℞ thuris ʒ x · amoniaci sarcocolle · amborum ana ʒ v · cere ʒ ii · fiant exeis collíria cum mucillagine fenugreci · et in descriptione alia sarcocolle ʒ x · ¶ Confectio collirii ad albuginem · ℞ masacunie ʒ x · spume maris ʒ iiii · floris eris ʒ i et ß · baurach · et sacapini · et amoniaci omnium ana ʒ i · fiant collíria cum decoctione acori · et siccentur in eo · et fiat alcohol · deinde puluerizetur iste puluis · Confectio pulueris ad albuginem · ℞ masacunie ʒ ii · spume maris · baurach · et zuccari albosur · omnium ana ʒ i · puluerizetur cum eo · ¶ Confectio pulueris albi ad obtalmiam calidam et dolorem · Sumatur sarcocolla crossa et fundatur super eam lac · et exsiccetur in sole · et terantur ad omnes x ʒ x · cere ʒ iii · amili ʒ i et ß · opii ʒ ß · camfore · Et est conueniens ad uehementiam doloris et caloris · ¶ Confectio pulueris alius magis abscidens lippitudinem · et est bonum quod non fuit sanies multa · ℞ sarcocolle ʒ x · spume maris ʒ i · zuccari ʒ iii · terantur et agregentur · ¶ Confectio pulueris citrini fortis qui amouet et sine obtalmie · ℞ sarcocolle ʒ x · sief memithe ʒ iii · licii et aloes amborum ana ʒ ii · cere ʒ i et ß · spume maris ʒ ß · agregentur et terantur · ¶ Confectio iesluri conseruantis almusarragi · et facientis carnem nasci · ℞ antimonii ʒ x · floris eris de minera eiusdem · aceti ʒ iii · sanguinis draconis et aloes amborum ana ʒ i · terantur et aministrentur · ¶ Confectio collirii de stellis ad pannum et exceptionem eius ·

Et dicitur sic quia cadit sicut facte que sic uocatur · et est quod est spina que est in mecha · et est quod est specialis mezerium · et uocatur i. aliquantulum amar.

et dilatationem pupille · quod est bonum et expertum · Exsiccetur fel hyrci in uase eneo · de quo sumantur ʒ x · et colloquintide interioris ʒ i et ß · sacapini ʒ ii · euforbii tantundem · fiat exeis collíria cum aqua rute aut cum aqua feniculi · et fiat alcohol cum eo · et in alio scriptum sacapini ʒ i · ¶ Confectio alcohol facientis nasci palpebras · ℞ ossium dactilorum adustorum ʒ v · fumi thuris ʒ iiii · carpobalsami ʒ iii · spice inde ʒ iii · azuli ʒ x · fiat alcohol · et trahatur super palpebras · ¶ Confectio collirii ad granum in oculo quod distilletur in eo · ℞ aloes · et thuris amborum ana ʒ i · sarcocolle · et balaustie · et sanguinis draconis · et antimonii · et aluminis omnium ana ʒ ß · floris eris ʒ quartam · fiat exeis collíria · et distilletur in oculo in ipso lacrimali · et post expressionem eius · ¶ Confectio collirii de mirra ad punctum sanguinis · ℞ cere · thuris · et mirre · et amoniaci omnium ana ʒ i · arsenici rubei ʒ ß · fiant collíria · et distillentur in oculum cum aqua coriandri humidi · ¶ Confectio collirii de calcucecumenon ad ungulam · ℞ calcucecumenon ʒ v · floris eris ʒ ii · calcanti · sal' amoniaci · baurach · arsenici rubei · omnium ana ʒ i · terantur et conficiantur · et dimittatur donec fiat ut flos eris · et fiat inde collíria · et aministrentur · Sit que arsenicum eius sublimatum fricetur cum eo ungula · deinde puluerizetur cum radice liquiricie · ¶ Confectio collirii adi admadicon · ad uenas rubeas que sunt in oculo ex obtalmia antiqua · et sebel · et ungulam · et alias · ℞ uzifur · et calcucecumenon · et arsenici rubei · et zuccari tabarzed · omnium ana ʒ i · mirre · et cere · et uenarum omnium ana ʒ quartam · amoniaci · et thuris ana ʒ i · informentur collíria · et aministretur · ¶ Confectio alcohol conseruantis sanitatem oculi · ℞ tutie ʒ x · sief memithe ʒ iii · aloes et licii amborum ana ʒ i · camfore sextam ʒ unius · terantur cum aqua agreste · aut aqua sumach · et exsiccentur · et aministretur · ¶ Confectio alcohol ad lacrimalas · ℞ tutie ʒ x · coralli · et mirobalanorum citrinorum · et aloes omnium ana ʒ ii · piperis ʒ ß · macropiperis ʒ ii · fiat alcohol · et aministretur · ¶ Confectio alcohol acuentis uisum · ℞ tutiam nutritam cum aqua sansuci tribus uicibus · quod bene modo sic: ponderentur de ea ʒ x · et dimittatur postquam prenutriuntur ad illis tribus uicibus · deinde ponderatur ex ex ea ʒ x · zinziberis · et piperis · et macropiperis · et calidonie · et uenarum omnium ana ʒ i · salis

· i · mal' ʒ i ·

· i · fistula in lacrimali

mal' thuris ʒ v

· radini

· iesluri est nomen agregatum in se penetrationem et sanationem

· almusarragi · i · quod procedit de tunica uuea quando rumpitur cornea · Et quando ista ruptura est parua dicitur almusarragi · Et quando est multa dicitur mismar.

[illegible]

[illegible]

de emplastris

amoniaci ʒ. s. misceantur cum aqua sansuci aut aqua feniculi tribus vicibus. deinde exsiccentur et administrentur. Confectio emplastrorum et epithimatum ad oculos. Emplastrum ad cursum et guttam frigidam. Cortices granatorum. Confectio emplastri ad corrosionem lacrimalis. Enonia teratur et super frontem suam ponatur oleum rosatum. et impleatur cum eo. Confectio emplastri ad percussionem et vulnus in oculo. Sumatur ovum absque cortice suo. et aqua coriandri et oleum rosatum. et agitentur omnia. et ponatur super ipsum cum cotone. Confectio emplastri ad dolorem vehementem in obtalmia. Recipe coriandrum. mellilotum. cinnamomum. semen lini. tortellas. vinum. terantur. et conficiantur. et impleatur cum eis palpebrum. Confectio epithimatis phlebotomantis fluxum ex oculo. Sumantur aloes. et acacia. et succus memithe. et licium. et bolum armenum. et gummi arabicum. Et liniantur super frontem cum albumine ovi. Confectio epithimatis ad inflationem et apostema in palpebris. Sumantur rose. et succus memithe. et licium. et bolus armenus. et gummi arabicum. liniantur super frontem cum albugine ovi. et crocus. et mene. et aloes. et sandali rubei. et fiun fel. agregentur. et terantur. et liniantur cum aqua coriandri. et endivie. et aqua rosata. de medicinis auris.

Aulecem in aure. sumatur sarcocolla. et sanguis draconis. et thus. et mirra. et spuma maris. et bauraich. et bolus armenus. et scoria ferri. et flos eris. et aloes. deinde abluatur auris cum aceto et aqua tribus vicibus. postea involvatur licinium cum melle in medicamine. et ponatur in ea. Et de medicamine fiant collria. et cum necesse fuerit distilletur in ea semel cum aqua mellis. deinde administretur licinium.

Confectio medicaminis ad surditatem auditus et tinnitum. vaporetur vapore sansuci et absinthii et sechi. deinde distilletur in ea hoc collirium. Cuius confectio. Recipe. pulpe colloquintide ʒ. i. bauraich ʒ. i. ... castorei ʒ. s. aristologie rotunde ʒ. s. succi absinthii ... euforbii sextarium ʒ. i. costi ... ʒ. s. fiant collria. et distillentur cum oleo amigdalino amaro. Sunt enim ad dolorem frigidum et ventositatem. et difficultatem auditus. que conficiantur cum aceto vel felle. et fiant collria. de corrosionibus dentium.

Medicamina dentium corrosionem et eradicationem facilem efficientia. Recipe piretrum. medietatem colloquintide. et corticem eius. et corticem radicis cappari. et corticem mori. semen mezereon. aut folia eius. et uvas. et arsenicum citrinum. et lac sabine. aut sucum eius. agregentur. et terantur piretrum et colloquintide. et reliqua medicine cum aceto in sole tribus diebus. et moveantur in die multis vicibus cum aceto. et dimittantur per reliquum diem infuse in ipso. et pulverizentur deinde et dessiccentur. et fiant ex eis trocisci. et cum necesse fuerit terantur. et liniatur cum eis radix dentis in die aliquociens. et fiat hoc pluribus diebus. postquam se contigerit ... fuerit in circuitu dentis. facit enim eradicationem eius facilem. Confectio medicaminis de quo impletur dens corrosus. et frangit ipsum. semen mezereon. et lac sebrem conficiatur cum limum. et ex eo impleatur dens. Confectio medicaminis sedantis dolorem gingivie et dentium. quod administratur cum gingiva non est apostemosa. neque calida. Sumantur piper. et piretrum. et sinapis. et capsia. et zinziber. et bauraich. et fricetur cum eis radix eius multis vicibus. prius tamen bene fricetur cum panno. deinde fricetur cum hoc medicamine. deinde pulverizetur ex eo in aceto. et teneatur in ore. deinde vaporentur mandibule. et distilletur in aure que est in ipso latere de collirio doloris capitis frigidi. Et liniatur dens hoc medicamine. radix eius. Cuius confectio cum sit tiriaca. Recipe castorei et assa. et storacis. et mirre. et aristologie. et opii. et piretri. et zinziberis. et seminis iusquiami omnium partes equales. conficiantur cum melle aut kitran. et liniatur de eo dens dolorosus. sic liniatur cum tiriaca. et suffumigetur in instrumento cum semine iusquiami. et storace. de quibus facte sint forme similes avellanis. et teneat in ore oleum cum effictum in quo decocte sunt radices altee. et stringat super rem calidam aliquociens. Confectio tiriace addentes expta. Sumantur piperis. et asse. et opii. et mirre. et castorei partes equales. et conficiantur cum melle. Confectio medicaminis conferentis dolori dentium calido qui est cum apostemate gingivie. Recipe seminis portulace coriandri sumac. lentium excorticatarum. sandali citrini. et rosarum. et piretri. et camfore omnium partes equales. teneat acetum in ore cum aqua rosata. et misceatur cum hoc medicamine super gingivam post ... eius. et non deglutiat aquam ipsam. et administretur cum ipsum flomma et ventose. Confectio dentifricii mundificantis et abscidentis eruginem. Recipe sal gemme. et seminis iusquiami. et teste cancri combusti. et cambil. et spuma maris. et eorum equales partes. terantur. et fiat dentifricium cum eis. et caveat sibi a saturitate nauseativa. Confectio dentifricii stringentis gingivas et dentes. et prohibentis rubedinem eorum. Sumantur balaustie. et

[illegible]

[illegible]

[illegible]

·i· sem̄ rimaries·
spodiū· ⁊ rose ꝗ̄ittē· ⁊ carmezie· ⁊ aluīn· equali mēsura· ⁊ fiat ut sup gingiuā ad herant· ¶ Confectio dentifricii odorē oris facientis ⁊ dolore· ℞ corticū citri· ⁊ capi· ⁊ spice aromatice· ⁊ gariofilorum ⁊ nucis muscate ⁊ gallie· ⁊ xilaloes crudi· ⁊ cīnami ⁊ macis ⁊ heilbulgue· ⁊ cubebe· omniū ana ℥ i· musci ſectite· i· fiat ex eis pulūs cū aqua maiorum· ⁊ teneat in ore sup dentiū suūm· ⁊ deglutiat ex eis duas aut tres· ¶ Confectio medicinis faciens stare dentes ne corrodant· impleat̄ cotallo ⁊ mastice· ¶ Confectio medicinis ad corrosionē in gingiua· quā dolor fit fortis ⁊ denigratur· ℞ utriq; arsenia· ⁊ callas· ⁊ gallarum· ⁊ aluminis omnium equales ptes· terantur· ⁊ fundatur desup aliqd aceti fortis· ⁊ coquiſſetur in mortario donec fiat sicut unguentū· deinde dimittatur in eo donec exsiccetur· ⁊ terat̄ secūdo ⁊ tūo donec fiat sicut puluis· ⁊ sumat̄ ex eo quantitas duorum granorum ⁊ ·s· ⁊ min' ⁊ mai' in die semel· ⁊ sumat sup capud tepide· ⁊ ponat sup corrosionē· ⁊ dimittitur hora una· deinde sumat̄ more olei rosatū donec sedet dolor· fiat illud sex diebus· Cumq; rubet ponat̄ ī ea ex medicamine generatiuo carnis· de puluib; qui sunt in almansore· ⁊ aliis· ex eis q generant carnē· ē enī expertū· Confectio confectionis ad ferto

Recipit extremitatum multi birude· item omnis ⁊ cīnami· ⁊ emblicorum ⁊ capi· ⁊ spice· ⁊ corticū citri ⁊ florum squinanti ⁊ masticis ptes equales· gallie· ⁊ gariofilorum· ⁊ nucis muscate· cubebe· heilbuigue· ⁊ zinziberis omniū ana ptes unī medietatē· aggregent cū passis enucleatis· q sit duplū totū· ⁊ sumat̄ ex eo quod sic mix cū uino ... antiquo· Et fit illud pt uomitū ⁊ solutionē uentris aliquales· ⁊ abstineant a cibis uiscosis ⁊ pinguib;· ¶ Confectio ad cola que sunt bothor in ore· Sumat̄ spodiū ⁊ rose· ⁊ amilū· ⁊ coriandrū· ⁊ sumach· ⁊ lentes excorticate· ⁊ sem̄ portulace· al'chena de mecha· uene· piretrū equali mensura· ⁊ cam̄fore ptis media· ⁊ zuccari quantū ē medietas om̄nium· terant̄· ⁊ teneat̄ in ore· ¶ Confectio trociscorum de arsenico ad herpetē estiomenū· ℞ arsenici citrini· calcis ambarum ana ℥ ·x· floris eris ℥ ·v· colcotar tuciae· aluminis· galle lausdanum omniū ana ℥ ·iii· terantur oīa ē aceto p eboomadā unā· ⁊ informent̄ ex eis trocisci· Qui sunt ē conuenientes ad clistia· ⁊ ulcerum antiquorum putridorum· ⁊ herpeti estiomeno· Et ponat̄ cū eis

cū clistia fiunt opium· Et quando teritur cū aceto ꝑ in sole plus· tunc sunt magis ultimi· Quando reponant in loco ubi nō sit ros· ⁊ istere aceti ut nō debilitent· ¶ Confectio medicinis ad grauitatē lingue· Sumant sal amoniacū· ⁊ piretrū· ⁊ stafisagria· ⁊ sinapis· ⁊ pip· ⁊ acorus equali mensura· terant̄· ⁊ fricet̄ cū eis lingua· ⁊ sup ipsum in die multotiens· ¶ Confectio medicinis ad uuā cadentē· sumat̄ galle· ⁊ balaustie· ⁊ sal amoniac equali mensura· ⁊ sufflent̄ sicca· ⁊ ponat̄ semel sup coleariū tenue ⁊ eleuet̄ eā. ¶ Confectio medicaminis ad sinanchiā· ℞ uarmel ⁊ sinapis· ⁊ piretri· ⁊ seminis urtice· ⁊ mirre· ⁊ rose· ⁊ nitri· ⁊ sal amoniaci· ⁊ pipis· ⁊ cellamtis· ⁊ cineris yrundinū· ⁊ stercoris canis albi sicci· stercoris humani sicci· omnium ana ptes equales· terant̄· ⁊ sufflet̄ in guttur ex eis ⁊ ofticiant̄ cū melle· ⁊ fiat gargarismū ex eo sui pto quantū ē gallia· cū aqua mell'· Et quandoq; ponitur ex eo stercus canis ⁊ hominis· ⁊ ponit̄ loco eius fimus columbinus· Et quando res sit fortior ⁊ nō descendit inguitur ad· gargarizet cū sinapi contrita· ⁊ aqua· ⁊ melle· ⁊ ponat̄ uentose sup locum dolorosū· De medicinis nasi·

Confectio medicinis auferentis fetorē nasi· ℞ nitrū· ⁊ gallia· ⁊ colcothar· ⁊ cortices granatorum· ⁊ calamū aromaticū· ⁊ gariofilos· ⁊ mesim· terantur· ⁊ humectet̄ nasus cū licinio infuso in uino odorifero· deinde sufflet̄ in eo· ⁊ inuoluat licinium· ⁊ mittitur in nasū· ¶ Confectio medicinis allicatisum· Sumat̄ collognitid· ⁊ ciclamī· ⁊ nigelle· ⁊ baurac· terantur ē aceto tribus uicibus· ⁊ informent̄ collria· cū aliquātulo fell' uaccini· Et cū necesse fuit· dissoluat̄ unū· ⁊ distillet̄ pt balneationē· aut inclinationē sup aquā calidā· ⁊ naribus sugat aerē ad interiora cū tota fortitudine ergo resupino· Et quandoq; ue lxemite inuenit mordicationē· distilletur in eo oleū rosatū· ¶ Confectio medicinis ad fluxū sanguinis ex naribus· Sumat̄ aloes ⁊ thus· ⁊ balaustie· ⁊ calx uiua· ⁊ colcothar· ⁊ puluis molendini· ⁊ gipsū· ⁊ galle· terantur sicut alcohol· ⁊ sufflet̄ in nasū· ⁊ mittatur in eo licinū·

Confectio de medicinis tussis ⁊ asmatis ⁊ similium· decoctionis ysopi minoris ad tussim cū caliditate ⁊ asperitate pectoris· ℞ ficus albas· x· numero iuiubas· x· ⁊ sebesten· xxx· ⁊ passulas sine interioribus ℥ ·x· radicis liquiritie abrase ℥ ·x· seminis altee· ⁊ seminis atriplicis· ⁊ psillii· ⁊ ysopi· ⁊ uiolarum siccarum omnium ana ℥ ·v· decoquantur

[illegible]

[illegible]

omnia cum tribus libris aque donec remaneat libra. De qua bibantur ʒ. iii. cum violarum condite pondere ʒ. vii. ¶ Confectio decoctionis ysopi maioris conveniens ad tussim plurime humiditatis et asma et saniem et humores in pectore. Rx ficus albas numero x. dactilorum mundatorum numero decem. fenugreci ʒ. v. radicis liquiritie ʒ. x. capilli veneris ʒ. vii. radicis apii et feniculi et seminis utriusque et seminis urtice omnium ana ʒ. v. ysopi sicce ʒ. x. calamenti et yreos et prassii omnium ana ʒ. v. decoquantur secundum usum quam prediximus et sumatur in potu. ¶ Decoctionis ad tussim que indiget sputo faciens spuere extra humorem grossum cum quo est sonitus in pectore aut saniem et venit cum ea et levis valde. Rx capilli veneris ʒ. x. amigdalarum amararum ʒ. v. yreos ʒ. iii. corticis radicis capparis et savine herbe amborum ana ʒ. ii. seminis apii et feniculi amborum ana numero decem. gentiane et aristologie amborum ana ʒ. v. conficiatur cum melle despumato. Cuius dosis sit ex ʒ. ii. usque ad iii. ¶ Confectio similis illi ad eum qui est cum caliditate vehementi. Rx capilli veneris ʒ. x. seminis melonis et seminis citroli amborum ana ʒ. v. cuius dosis sit ʒ. iii. ¶ Confectio ad asma concocens humores grossos et saniem expectorans. Rx succi liquiritie ysopi sicce amborum ana ʒ. x. capilli veneris ʒ. vii. seminis urtice et yreos et coronimeni et piperis et aristologie rotunde et baurach et nasturcii et cimini campestris et amigdalarum amararum omnium ana ʒ. v. cum melle quantum ipsa sufficit conficiantur et detur in potu cum decoctione ysopi maiore. ¶ Confectio trociscorum de papavere ad tussim siccam que non indiget ut spuat et ad locum catarri. Rx papaveris albi ʒ. xxx. seminis cucurbite et seminis citroli et seminis iusquiami albi omnium ana ʒ. xxx. amidi et dragaganti et gummi arabici omnium ana ʒ. xv. conficiantur cum mucillagine psillii et fiant ex eis trocisci ʒ. iii. cuius dosis sit unus eorum cum sirupo de papavere aut aqua ordei que sunt bona ad tussim que est cum caliditate et sputo citrino subtili et ad tussim calidam. ¶ Confectio pillularum de storace ad tussim que inquietat in nocte et facit evigilare absque caliditate. Rx mirre et storacis liquide et opii omnium equales partes fiant pillule sicut ciceris et sumant tres in hora dormiendi. ¶ Confectio pillularum que tenentur in ore. Sumantur succus liquiritie et pip. et zuccarum equaliter et informentur pillule. ¶ Confectio pillularum quibus solvuntur humores in asmate frigida. Rx pulpe colloquintide ʒ. i. turbith agarici ʒ. ß. baurach ʒ. i. terrā succi liquiritie ʒ. i. seminis urtice et yreos

amborum ana ʒ. ß. terantur et informentur pillule et est dosis una. ¶ Confectio pillularum ad antiquam tussim que est cum febre. Rx succi liquiritie et violarum amborum ana ʒ. i. agarici ʒ. i. quartam et fiant inde pillule. ¶ Confectio pillularum de papavere ad tussim siccam infestantem et prohibentem catarrum qui est cum caliditate. Rx opium, amili, gummi arabici, succi liquiritie, papaveris equaliter. fiant pillule similes ciceri et dosis sit ex tribus usque ad quatuor que sunt convenientes pro pueris qui vomunt ex vehementia tussis. ¶ Confectio pillularum ad tussim que nominantur lenes. Rx succi liquiritie et amili et dragaganti et amigdalarum excorticatarum et gummi arabici omnium equales partes et zuccari tabarzet quantum est medietas eorum. terantur et conficiantur cum mucilagine seminis citoniorum et fiant pillule compresse et teneantur in ore in nocte et die. aufferunt enim asperitatem pectoris. ¶ Confectio trociscorum qui in potu sumuntur in pleuresi festinantes maturationem et faciles efficientes sputum. Rx succi liquiritie violarum amborum ana ʒ. x. amili et dragaganti et seminis altee et seminis feniculi omnium ana ʒ. iii. conficiantur cum mucilagine psillii et seminis lini et seminis citoniorum. et sumatur in potu cum sirupo violato. ¶ Confectio trociscorum de arsenico ad tussim plurime humiditatis et presertim malam et asma et dilatatur anhelitus illico cum suffumigatio fit ex eis super locum et bibitur. Rx aristolochie et mirre et storacis liquide et galbanum ana partes equales. arsenici quantum ipsa. aggregentur cum butiro vaccino et fiant inde pillule sicut avellane et fiat suffumigatio cum una earum per imbutorium. ¶ Confectio pillularum que sumuntur omni ebdomada semel aut bis et mundificant pectus ab asmate. Rx agarici ʒ. i. pulpe colloquintide quartam ʒ. i. ysopi ʒ. iii. succi liquiritie prassii sinapis omnium ana tria ʒ. i. detur in potu cum aqua mellis et est dosis una. Et nunquam sumitur in potu ex eis omni die ʒ. i. ¶ Confectio sirupi de papavere conveniens ad tussim siccam et presertim et offert sputo et catarro et tussi que evigilare facit in nocte et infestat. Rx papaveris albi et nigri ana ʒ. c. seminis lactuce quantum omnia. seminis iusquiami albi ʒ. xxx. decoquantur cum quadringentis ʒ. aque donec fiant ʒ. cc. deinde coletur et proiciatur desuper ʒ. l. mucillaginis psillii et ʒ. c. rob. et decoquatur donec inspissetur et amministretur. ¶ Confectio empli ad sosam sedantis dolorem et maturantis apostema malum. Sumantur viole sicce et camomilla et anetum et furfur et altea et farina seminis lini et farina fenugreci et farina ordei. decoquantur

[illegible]

cum aqua donec dissoluantur. et effundatur aqua
deinde conficiatur cum oleo. et fiat ex eo emplastrum
dum est tepidum. Et quandoque adduntur ei eo a
nis caul. et adeps antiquus cum non est calidus
plurima. Confectio unguenti lenientis spu
tum. et lenificantis pectus. et amplificat in tussi
sicca. et ptisi. R. cere citrine ʒ. x. olei de lici
ni citrina lib. i. storacis ʒ. v. adipis anatis
ʒ. x. aggregentur. et ungatur cum eis pectus et latus.
Confectio trociscorum ad tussim siccam cum ca
liditate uehementi et siti. R. succi liquiricie. et
miolarum siccarum ana ʒ. x. seminis citruli et
seminis cucurbite. et terantiabin. omnium ana
ʒ. v. conficiatur cum mucillagine psillii et se
minis citoniorum. et fiant trocisci ʒ. iii. et su
mantur in potu cum aqua ordei et sirupo ui
olato. Confectio trociscorum de terra sigilla
ta ad sputum sanguinis. R. thuris et sanguinis
draconis amborum ana ʒ. iii. et tertiam. cam
be ʒ. v. emathitis. et terre sigillate amborum
ana ʒ. x. aluminis ʒ. ii. et s. balaustiarum
ʒ. iii. et tertiam. opii cinamomi amborum ana
ʒ. ii. aggregentur et terantur. et fiant trocisci
x. Sitque dosis unius. et sumatur in potu cum
aqua albedyngi. aut aqua portulace.
Confectio opithimatis prohibentis fluxum
sanguinis ex uesica. et matrice et naso. R.
acacie. et succi cuius fistucides. et thuris et gallarum
et balaustie. et cere. et gummi. et mirre. et boli
armeni. et opii. omnium ana partes equales.
fiant inde trocisci. et liniantur cum necesse fuerit
pectus. et stomachus. et sunt in hora fluxus fluxus
sanguinis ex uesica et matrice. et liniantur
super uuluam in quibus sunt ulcera magna
super fistulas. et pessarizatur uulua de qua
fluit sanguis ex eis. et liniuntur super pectine
et alcatin. **de medicinis stomachi**

Compositio trociscorum stelle sedantium dolorem
stomachi. et remouentium eructuationem acetosam.
et difficultatem anelitus. et puncturam. et constricti
onem uentris. et inflationem. et dolorem capitis ac
cedentes cum bibuntur. aut liniuntur cum eis
frontes dissoluti cum aceto. et ad dolorem auris
cum distillantur dissoluti cum aqua sansuci
aut succo calamenti. et prohibet corrosionem dentium.
cum replentur eis. et ipsi conferunt sputo sanguinis.
et corrize. et tussi antecedenti. et ulceribus inte
stinorum. et morsui animalium uenenosorum.
et febri omnium. Et sunt de libro almensa. Ex
compositio R. castorei. et mirre. et cassielignee.
et terre sigillate. et corticis radicis mandragore.
omnium ana ʒ. iiii. croci et costi. et papaueris
omnium ana ʒ. vi. anisi. et seminis apii. et seminis
bleti. et siseleos. et seminis iusquiami albi. et sto
racis omnium ana ʒ. viii. tere medicinas
siccas. et dissolue gummas in uino odorifero.
deinde adiunge eas reliquis medicinis. et con
fice cum aqua. et informa ex eis trociscos.
faciendo unumquodque trociscum ʒ. i. et detur in
potu cum eo quod conuenit egritudini ex potibus.
Confectio trociscorum de rosis ad dolorem stomachi et
ad febres siccas in quibus est humor colericus et ad
inflammationem anelitus. et malitiam digestionis. R.
rosarum rubearum recentium ʒ. x. spice aromatice. ma
sticis. amborum ana ʒ. i. et s. informentur trocisci
quorum dosis sit ʒ. ii. Confectio trociscorum
de rosis maiorum conferentium doloribus stomachi. et ma
litie digestionis. et inflationi. et inceptioni ydropi
sis. et febribus antiquis. R. rosarum ʒ. iii. xilo
aloes. spice masticis cassielignee. florum squi
nanti. cinamomi. absinthii romani. omnium
ana ʒ. i. informentur trocisci cum uino ueteri.
et dentur in potu. cum aqua radicis quorum
dosis sit ʒ. ii. Confectio trociscorum stelle
qui in potu tribuuntur ad dolores stomachi prolixos.
R. spice. masticis. cinamomi. thuris. squinan
ti. castorei. mirre. piperis. mandragore. se
minis iusquiami. absinthii. opii. aloes.
omnium ana ʒ. x. informentur trocisci. et den
tur in potu ʒ. ii. cum uino. Confectio tro
ciscorum ad eum qui cibum euomit. cum significati
onibus calientis. R. rosarum. spodii. cumini in
fusi omnium ana ʒ. i. sumach ʒ. iii. cori
andri infusi in aceto. et assati ʒ. ii. sauich de
granis granatorum ʒ. ii. corticum fisticorum su
periorum pondus ʒ. s. masticis tantundem. aggregentur
et conficiantur. et fiant trocisci. et sumatur ad mali
tiam digestionis ex caliditate cum sirupo acetoso.
Modus confectionis ad eum qui euomit cibum cum
significationibus frigiditatis. R. indicis squinanti
ʒ. i. piperis ʒ. s. thuris. cyperi. amborum ana ʒ.
i. nucis ʒ. s. zinziberis. cinamomi. cassie.
calamenti. omnium ana ʒ. i. quartam. masticis.
xiloaloes ana ʒ. i. et tertiam. gariofilorum. gallie
ana ʒ. i. sextam. bellilici ʒ. s. [illegible]
deinde sumantur inferiora [illegible]. et terantur
cum aqua. et exprimantur. et dimittatur aqua donec
fiat crassa. et conficiantur cum ea. et bibatur de ea
ad magnitudinem nucis omni die. Confectio
trociscorum de spica ad [illegible]

et cinnamomi
ualde. Recipe floris squinanti, capsie
seu calami aromatici, spice nardi, omnium
ana ʒ. iii. croci, mirre, opii, anisi, piperis
costi, omnium ana ʒ. i. bdellii, silisbitor.
ʒ. ii. masticis, storacis liquide, amborum ana
ʒ. ii. amoniaci ʒ. v. infundantur in aceto et teran-
tur ad aqua stiptica. cum mina cum cit
pliento et ad aqua epatis cum sirupo acetoso.
Cuius dosis sit aurei unius. Confectio di
acimini boni ad frigiditatem stomaci et eructationem
acetosam. quae uentositates frangit et aliquid na-
turam et apit opilationem epatis et calefacit
ipsum et emendat colicam. Recipe cimini cum aceto
ʒ. c. zinziberis ʒ. xx. piperis ʒ. x. ameos ʒ. xv.
foliorum rute sicce. baurach rubei. amborum
ana ʒ. xx. epithimi ʒ. xxx. conficiatur cum melle.
et aministretur. Confectio electuarii solu-
tiui mundificatiui stomaci et expellentis ab eo sup-
fluitates humiditatum remanentium ex
fructibus humidis et ab crossis. Recipe turbit quod est
ut canna albi ʒ. x. zinziberis ʒ. v. zuccari
albi ʒ. xv. agregentur omnia et cribellentur sit
quoque dosis ʒ. iii. et iiii. et plus secundum quantitatem
necessitatis. Confectio diagolibani boni
ad frigiditatem stomaci et destructionem appetitus et ad festi-
nandam penetrationem cibi in corpore et retinendum
fluxum uentris accidentem a frigore stomaci et epa-
tis. Recipe piperis et calamenti et spice et siseleos et ame-
os et anisi et nigelle omnium ana preter eglesi-
thimis et balaustiarum amborum ana preter duas
conficiantur cum melle exquisitissime despumato.
et aministretur et sit dosis ʒ. iii. Confectio
stenacus conferentis ad debilitatem stomaci et corru-
ptionem fricture euenientem ex exubationem mens-
struorum et sanguinis emorroidarum. Recipe mirobala-
norum nigrorum. emblicorum. citrinorum. spice spi-
nardi. apii. zinziberis. ameos. piperis. olibani.
scorie ferri infuse in aceto uini. electuarii
da. i. pinguia omnia est sic alcohol. et assate omnium
ana ʒ. xv. conficiatur cum melle. Et ipsum quidem
abscidit sanguinem menstruorum et egritudinem flu-
xum uentris et multitudinem urine. Confec-
tio confectionis ferri cum lacte acetoso. a debili-
tate stomaci et extenuatione. Recipe scorie ferri con-
trite sic alcohol pugillum unum. nigelle et a-
meos et siseleos et cimini et feniculi omnium ana
pugillum i. rute et apii et ... te.
fundantur desuper libre septem lactis acetosi
et dimittantur duobus diebus. demum coletur ex eo lib.
una et bibat in summo mane. et comedat post

quatuor horas cibum bonum multum. et non appro-
pinquet aceto neque holeri. neque salsuto et bibat su-
per ipsum uini ueteris parum et bibat ex illo quod sitit
paulatim. donec integre compleat lib. duas
diebus aliquot. Confectio confectionis ferri cum
uino. faciens colorem bonum et calefaciens corpus. Recipe
seminis apii et seminis feniculi et anisi et cimi-
ni et ameos et anuiden et zinziberis et siseleos et
cinini et coriandri et piperis et macropiperis et
cinamomi et thuris et spice et gariofilorum
et nucis muscate et apii et seminis rute et
seminis eruce et seminis cepe. omnium ana quantitatem
aurei i. scorie ferri. aureos x. decoquantur cum
septuplo suo uini. donec remaneat medie-
tas et coletur et bibant omni die ʒ. xxx. illius uini
usque ad ʒ. xl. calefaciet enim fortiter illum cuius color
iam infrigidatus est et cuius color ualde malus est.
Confectio medicaminis ad impinguandum cor-
pus. Recipe cinnami. zinziberis. galange. cimini. ameos
omnium ana ʒ. v. nasturtii albi ʒ. x. sarcocolle
et sedarie ana ʒ. iii. seminis urgami et nucis
benden. amborum ana ʒ. vii. granorum ... pin
gruamoi ʒ. x. granorum de lienia ʒ. granorum de
lienia ʒ. v. papaueris ʒ. x. testiculorum uulpis.
hermodactilorum et behen utriusque. omnium ana ʒ. x.
et salis aluminis ʒ. x. scorie ferri ʒ. x. sumat
ex eo pulueris quantum digitis teneri potest tribus uici-
bus in mane et sero. prius quam contritum est et cribellatum et
postea sorbeat sorbitionem factam ex farina ri-
si et fabarum et ciceris et tritici et amigdalarum et lacte
et zuccaro et non comedat acetosum. neque salsum.
neque laboret labore uehementi et superfluo. neque prolon-
get moram in balneo et assiduet comedere sup-
inum. Confectio medicaminis extenuantis pin-
guedinem. Recipe lacce et sandaracce amborum ana
ʒ. i. duas partes. sansuci sicci ʒ. v. ammonici et
aristologie rotunde et genciane omnium ana ʒ
quartam. Cuius dosis sit ... ʒ. i. et studeat in
hoc adpuacionem urinam et tollerantiam sitim.
Confectio empli confortantis stomacum et epar et ca-
lefacientis ea. Recipe absinthii romani et costi
et apii et zinziberis. omnium ana ʒ. v. olibani
